

dimidiam partem in presentia, alteram, cum exsculptos Ab-
 A batis oculos in suis tenuerit manibus, se soluturum pollicer-
 tur. Abbas Capuanorum se in urbem juris dicendi causa in-
 vitantium dolum sentiens, venire recusat. Instant illi, inter-
 positum iuramento, saluum, & incolam seipsum ad S. Bene-
 dicti monasterium, (non Cassinense, sed Capuanum intelli-
 gentes) perducitur. Itaque Abbas cum ipsis Capuanis con-
 tendit. In monasterium autem S. Benedicti, quod Capue erat,
 honorifice introducto Abbate (sic enim fidei fuisse factum
 putabant) vincula iniunguntur, oculique effodiuntur. Legati
 ex viatore quodam, Episcopum ea ipsa hora, qua Abbatem
 oculli exsculpti fuerant, vita functum esse cognoverunt.
Cbron. Cassinense lib. 2. cap. 4.

PRIVILEGIO QUOCUNQUE LARGIENDO.

Gerardus de Oldemburg Comes Christiani I. Danor-
 rum Regis F. anno 1471. in Lubicenses, & Hamburgenses
 mercatores gratias, tandem pacem cum illis fecit.
 Venit mercator Lubicensis ad Gerardum in arcem Delmen-
 horst, saluum postulans conductum pro pannis, qui
 essent in itinere in promptu numeras aureos quinquag-
 B uinta dono: acceptisque literis, velut bene gesta re, ad-
 ducei curavit merces. Eas iussit Gerardus in arcem per-
 duci. Exclamat Mercator, sibi, suisque rebus saluum esse
 prestitum conductum, literas paulo ante datas ostendit.
 Ille respondit, nisi literas tradidisset, huc certe saluus non
 venisses: abi, plura allaturus: & tamen intelligere debes,
 literas meas loqui de amicorum, non de hostium rebus: quo
 in loco mihi dudum fuisse Lubicenses. *Cron. lib. 12. Metrop.
 c. 6. 4. 1. 2. Saxonie c. 10.*

BONORUM COMMUNIUM DIVISIONE.

PUTA REGNI.
 Cresphontes cum Thera, Autesionis filio, Thebano
 (qui tutor erat librorum Aristodemi Laconum Regis
 fratris ipsius) contendeat, & sibi Messeniam propter
 agri bonitatem deposcebat. Theras clientum causa id ne-
 gavit. Temenus Argivorum Rex a Dorienibus arbiter
 constitutus, rogat, rem ut sorti committant. Cum as-
 sentirentur, in stulam aqua plenam sortes mittit, re ita
 constituta, ut fors utra potior exisset, illi Messenia ad-
 judicaretur. Ac subdole quidem Aristodemi liberam for-
 C tē fecerat sole argilla, Cresphontis vero (cui favebat)
 e costili laterculo fecit. Quo factum est, ut illa soluta,
 hac confisteret, & per eam Cresphontis Messenia obtigerit.
Tausanias in Messeniis.

PRÆDÆ.

Suidas scribit, Idomeneum Cretensem, cum illi nego-
 tium esset datum, ut as, quod ē spoliis ab hostibus de-
 tradis collectum erat, distribueret, sibi partem longē
 optimam delegisset. Unde proverbium, κρηναίον, in il-
 los, qui fraudant alios, suisque commodis impensis
 ubique fludent.

M. Posthumius Regillensis, tribunus militum, auctoritate
 consulari ad bellum contra Equos missus, exercitu conscri-
 ptus, & ad Volas ducto, in oppidum irrupit: & cum inter
 oppugnationem prædam militis fore edixisset, capto oppido,
 fidem mutavit. A suis igitur hanc ob causam lapidibus obrutus
 est. *Livius lib. 4.*

M. Crassus, cum oppidum Umbrie Tuder cepisset, prædam
 penē totam habitus est intervessisse. Qua de causa apud Syl-
 lam est delatus. *Plut. in Crasso.*

Duos filios Uladislau Rex Poloniae requirit. Boleslam legi-
 timo natam, & Sbigneum nothum, quem pater usque adeo
 carum habuit, ut æqua penē Regni portione illum cum legi-
 timo filio exaquaret. Dissidio hinc orto, atque utroque ad
 arma spectante, Sbigneus a Boemis, & Moravia auxiliis emer-
 catur honoris Rex Boemorum Chlumetium, Svatoplucum
 patruelis qui Moravia obtinebat, suum quoque tribunalum
 militum copis suis præferebat. Jamque ambo illi viribus con-
 iunctis progressi fuerant, cum Boleslaus legatos ad Borivori-
 um mitteret precum: Ne se, fororis ipsius nepotem, dum
 alieno gratificari frudet, iret oppugnatum. Si quam iniuriam
 vel privatum, vel publicè se accepisse Sbigneus existimaret,
 legibus illam, non autem armis persequendam duceret: para-
 tum esse Boleslam iudicio, iudicibusque parere. Ad hac Bo-
 rivorio respondente: Non amplius in potestate sua se habere
 milites, qui in Poloniae abierint: legati munera promunt,
 multaque pecuniam adnuerant, per illam denique impetrat,
 ut Chlumetium cum Boemis ex Polonia revocaretur.
 Revocat mox & Svatoplucum suos, expectatque dum in com-

munionem eorum, quæ allata dona erant, ipse quoque
 admitteret. Ubi nihil à Borivario sibi offerret, appel-
 late cum incipit, & postquam non appellando quidem
 aliquid extorquere potest, avaritiam Borivori detectatus
 ad principatum Boemie Borivorio eripiendum animum
 adiecit, & tandem voto potius est. *Duravio lib. 10.*

HEREDITARIIS.

Vide Titulum, Perfidia in Testamentis.
 Hephaisus lib. 1. Operum, & dierum, scribit ad fratrem Per-
 fam, perfidiam illi exprobrans:

Ἦδη μὲν γὰρ κλητὸν ἰδοῦσάμενος εἶπα σε ποτὴν
 Ἀρτάχωνος ἔσσης, μὴν μὴ πῶσιν βασιλεύς
 Δαρσφάγος σοι πῶς δὲ δούλῳ ἐδίδου δούλους,
 Νύκτας, ἢ ἴσασιν, ὅσην πλὴν ἡμεῶν πάντες,
 Οὐδ' ἔσθ' ἐν μακάρῳ σε ἢ ἀσφάδην μὲν ἄνευ.
 Jamque patris nobis erat hereditaria facultas:
 At tu ultra sortem rapiebas plurima, reges
 Dantores sibi concilians, quis solvere litem hanc
 Afficiant: vorum fultis ne scire videntur
 Dimidium quàm sit toto præstantius, & quàm
 Magna sit utilitas matris, asphodeliteo virentis.

PERFIDIA IN TESTAMENTIS.
 Perunt, Prometheus carniū distributioni, quam vo-
 cant ciconomiam, præpositum, lepidè admodum, &
 festivè Jovi ad ortum imponere: quippè nil verius di-
 vinitatem tonantis Jovi, sibi quidem præcipua, & fa-
 pida subduxit, Dei autem ofia modo appofuit obdu-
 ta, & ἀσφάδην, ut in Helioidis inquit, id est, pingu-
 tudine candida. Quo nomine, simul quia homines iustif-
 set, & ignem furto conciliasset hominibus, Vulcano, &
 Mercurio dicitur ab Jove traditus in Caucaeo suffigen-
 dus. Ex hoc item factò Luciano in sermone, qui est
 de mercede servientibus, vice proverbii usurpat, πρῶτον
 δὲ οὐκ ἀκατακτάτω πτωχῶν, id est, pingui contexta ofia.
Celius lib. 7. c. 19. Led. Antiq.

CARNIUM.

ERE ALIENO CONTRAHENDO.
 Vide Et alienum.

FOENORE VEL REPETENDO.

Palintocia est, fœnoris jam persoluti à creditoribus repeti-
 tio. Quod fecisse Megarenses constat, qui tyranno exculso
 infolentes, plebiscito caverunt, ut à fœneratoribus usura,
 quas persolvissent prius, repeterentur. Quæ res ex factò dicta
 palintocia est. *Celius lib. 8. c. 9. Antiq. Led.*

EXIGENDO.

Cœlius Plotius fœnecator T. Veturium, C. Veturii F. ne-
 xum, & additum, ob reliquum fœnoris non redditū, stu-
 prare voluit, & verberibus affecit: qua patet facta re, fœnus
 simul, & usura omnis additis pœnis sublata est. *Val. Max.
 de Palud.*

Papvrius C. Publicum nexum ad libidinem pellexit, cum
 deesset, quod cum fœnore acciperet deberet. Quæ causa tra-
 ditur fuisse, ut nesci solverentur, neve in posterum quiquam
 neceretur. *Val. Max. de Pud.*

PIGNORE.

Miles quidam argenteam patinam à divo Ladislao Ungaror-
 um rege, suo patri dono datam, apud Procerem non mediocrem
 oppignerat. Cum pignus repeteret, alter impudenter Hi-
 pignus negabat. Prætor patinam divi Ladislai sepulchro in-
 poni jubet, ac illi adjudicari, qui eam impune à loco sacro ac-
 cepisset. Qui pignus negat, prior nunc periclitatus, neque
 patinam capere, neque loco movere potuit. Miles vero cum
 supplex orasset, ut quod patri quondam primipilo dono de-
 didisset, filio ratum faceret, patinam accepit impune. *Beneficius
 lib. 4. Dec. 2.*

Joannes Hispania Regis, Perpennianum ditissimam urbem
 in ipso Hispania aditu, quæ Pyrenæi montes supra Sarulas
 Narbonense litus attingunt, & cum eo Rulcinonensem
 agrum opulentes pluribus castellis florentem, quæ ad Gerun-
 dam, & veteres Emporias spectant, Ludovico XI. Gallorum
 Regi oppigneravit, cum alter Celuberio bello in summam rei
 pecuniaræ difficultate constitutus, Caroli filii, qui à se
 patre, regeque cum multo maxima nobilitatis parte, deservie-
 rat, vim, atque impetum summamque sustineret. Sic Gallorum
 pecunias, atque auxilii opportunè adpatus, bellosus confeso,
 cum post aliquot annos collecta, atque oblata Gallis ea pe-
 cuniæ

cuniæ summa oppida redimere vellet, furdas Ludovici aures
 A semper invenit, qui opportunitate ejus regionis longè maxi-
 ma captus, partim sincera fide, veteris pacti conditionem,
 quo minus ea restitueret, multis juris cavillationibus involve-
 bat. Unde postea Joannes, & Ferdinandus filius, quod fœpiss
 legatos ad repetendas res suas frustra misissent, ad arma de-
 scenderunt. Sed ea res parum feliciter armis tentata est. At
 post dum Gallis omnes Neapolitani belli cupidine delagra-
 rent, Carolus XII. retentorum contra jus oppidorum infamia
 permotus, Perpenianum, cæterisque oppidis insigni liberalita-
 te decessit, ne Aragonis interea Ferdinandum ulla in parte fa-
 cret. *Jovius lib. 1. Hist.*

MUTUO, COMMODATO, VEL CONFINGENDO.

Haldricus Vagner, caupo Villisfoventis in Helvetia, Eg-
 didium Spilmannum civem Bernensem locupletem hospitio
 exceperat. Eilculos suos Egidius bona fide servandos com-
 mittit. Caupo perfidus apertis loculis sigillum Egidii repetit,
 coque Chirographum Egidi nomine scriptum, magnam pecu-
 niam vini sibi à caupone commisit, in trium testium
 B presentia fatentis, obligat. Aliquot annis post cum testes
 duos (nam tertius obierat) pecunia corruptisset, Egidium
 in vis vocat, depositi reddendi causa, literas profert, testes
 producit. Egidius cogentibus amicis cum eo pacificatur, &
 moram solutionis vix impetrat. Interea caupo novum facinus
 priori addidit, Lucerna Archigrammatici ancillam, illo
 absente, occidere aggressus, ut domum inde compilaret,
 istu aberrans, ancillæ clamore proditus, & captus, postquam
 perfidiam suam erga Egidium detexit, rota supplicio affectus
 est. Testes falsi Bernæ bullienti oleo immeri perierunt.
Stumpffius lib. 7. Helvetia.

NON REDDENDO.

Laomedon erga Apollinem, & Neptunum in mutuo ac-
 cepto perdidit. *Vide Tit. Sacrilegorum.*

Amphares Spartanus in mutuo perdidit. *Vide Tit. Lib-
 ertati aliorum est ut insidari.*

L. Mummius Achaicus capta Corintho plurima signa, ta-
 bulas, statuas secum Romam evexit, magis amicorum causa,
 quàm quod illis multum delectaretur. Quidam ædem Fortu-
 nae dedicaturus, statuas Mummi ornatas causa commodari sibi
 petiit eas post restitueretur. Acceptas deæ una cum fano de-
 cidavit. Mummi de fraude querenti, non se prohibere
 respondit, quin de dedicatis etiam auferat, videret modò quàm
 piæ id faceret, Mummi religione tactus, liberalitate ma-
 jore eas de reliquit, quàm alter obtulerit. *Strabo lib. 8.*

Perfidus in mutuo reddendo Judæus Constantinopolita-
 nus. *Vide Tit. Judices prudentes in judicio.*

EMPTIONE, VENDITIONE INJUSTA.

Judæorum perfidiam in vendendis victimis Aristobulo
 quem in templo obfidebat, Pete ex Tit. Pœna crudelitatis er-
 ga sacros homines.

Piscium venditores quibus utantur technis. *Pete ex Aibe-
 na lib. 6. c. 2.*

Aristonicus legislator legem tulit, ut si Venditor piscium
 minoris, quàm pronunciaisset, piscem venderet, in carcerem
 dueretur: neve sedentes, sed stantes venderent. *Athenæus
 lib. 6. cap. 2.*

Solon legislator, ut infestis jam æris alieni gratiam facere,
 & orationem rei congruentem, & honestum quæreret exor-
 dium: ad amicos, quibus maximam fidem habebat, quibus-
 que imprimis utebatur, Conoma Climax & Hipponicum,
 agros retulit se non mortuum, sed in animo habere ac alien-
 num inducere. Hi præventibus illico, & præventerent, fœ-
 nerati sunt à divitiibus ingentem pecuniam, qua latos agros
 comparaverat. Proposito inde decreto, cum hi possessionibus
 fruerentur, nec redderent argentum creditoribus: fœdo crimi-
 ne Solonem, & calumniam, non quasi defraudaretur unâ
 cum aliis, sed focus esset fraudatorum, involverunt. Verum
 hoc crimen mox dilutum est quinque talentis: ea enim sum-
 ma fœnus exercebat, quam ex lege expunxit principes. Alii,
 in quibus Polyzelus est Rhodius, quidem tradunt fuisse.
 Amicos ejus tamen perpetuo appellaverunt decoctores. *Plut.
 in Solone.*

Hyperbolus fuit quipiam Chremidis filius versuti, in fal-
 lendo præfignis. Nam cum lucernas facitaret, plumbum
 immiscebat arsi, ut ponderosiores factæ manus demerentur
 pretium. Mentionem hujus facit in Themistocle, & Alcibi-
 de *Plut.*

Fama est, fuisse Athenis Diomedem hominem non malum,
 amicū Alcibiadis: qui palmam Olympiæcam ævens obtine-
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

re, cum esse currum publicum accepisset apud Argivos, ma-
 gnâ autem Alcibiadis auctoritate Argis sciret, multosque E
 ibi habere hunc amicos, induxit eum ad emendum currum,
 Emprum Alcibiades suum proprium professus est: Diomedem
 verò tremens, ac Deum hominumque fidem testanti, valedi-
 xit. Videtur iudicio quoque hac de re actum, atque oratio-
 nem scripsit Ilocrates de curru pro Alcibiade puero: in qua
 Tilius nominatur, non Diomedes, qui iudicium ei dicitavit.
Plut. in Alcibiade.

Pythius quidam cum audivisset, C. Cannium equitem Ro-
 manum Syracusas otandi causa, non negotiandi (ut ipse
 dicere solebat) se contulisse, ut hortulos emeret, quò invitare
 amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset dixit,
 Se quidem hortos non habere vanales, sed licere ut Cannio
 (si vellet) ut suis, & simul ad cœnam hominem in hortos
 invitavit in posterum diem. Cum ille promississet, tum Py-
 thius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gra-
 tiosus, piscatores ad se convocavit, & ab his petivit, ut
 ante suos hortulos postera die piscarentur: dixitque quid eos
 facere vellet. Ad cœnam tempore venit Cannius. Erat oppi-
 parè à Pythio apparatus convivium: cymarum ante hortu-
 F los multitudo pro se quisque quod ceperat afferbat, ante pe-
 des Pythii pisces abiciebantur. Tum Cannius: Quæso, in-
 quit quid hoc est, Pythi? Et ille, Quid mirum inquit, hoc
 loco est Syracusis quicquid est piscium: hic aqutio, hac
 villa isti carere non possunt. Incensus Cannius cupiditate,
 contendit à Pythio, ut venderet. Emit homo cupidus &
 locupletanti, quanti Pythius voluit. Invitat sic Cannius
 postrede familiares suos, Venit ipse maturè. At scalam
 nullum videns, à Pythio se fraude deceptum esse cognovit.
Cic. lib. 3. Offic.

Romæ, cum in arce augurium Augures acturi essent, jus-
 sissentque illi T. Clo. Centimalum, qui ades in Celio monte
 habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspici-
 bus: Claudius profcriptus infamam, vendidit: emit Publius
 Calphurnius Lanarius. Huic ab Auguribus illud idem de-
 nunciatum est.

Pater Neronis Domitius perfidiae tantæ fuit, ut non modò
 argentatios precis rerum comparatum, sed & in Prætura merce-
 dede palmarum aurigarios fraudaverit. *Suet.*

Ieroni mangonis fraudem in pueris ejusdem formæ ven-
 dendis, Pete ex Tit. Formæ similitudo.

De Baslo, Martialis Epigrammatum l. 8.

Emit lacernas milibus decem Bassus,

Tyrias, coloris optimi, heriscit,

Ad hæc bene emit? inquis: immò non solvit.

Militis perfidiam in emendo equo à quodam rustico. *Pete
 ex Tit. Judices prudentes in judicio.*
 Estate anni 1496. ne possessores bonæ fidei omni tempore
 turbarentur (nonnuncquam enim accidebat Delatorum im-
 probitate, atque audacia, ut de suis rebus periclitari aliquem
 contingeret, etiam si per multos annos possedisset) legem
 Decemviri Veneti jussurunt, quarum rerum quis triginta annos
 in possessione fuisset, earum rerum peti ab eo nihil licere,
 neque deseri quæquam licere, nisi si Decemvirum magistri
 permisissent. *Bembus l. 3. Vnesæ Hist.*

LOCATIONE, CONDUCTIONE, TUM OPERÆ OPERISVE. PUTA. DOCTORUM.

Corax quidam primus Syracusis, post mortem Hieronis, H
 instituit artem rhetoricam mercede profiteri. Cum hoc ado-
 lescent quidam Tilius, sive Lysias, hac lege pactus est, ut
 dimidium jam tunc daret: reliquum dimidium tum solveret,
 quo die primam causam apud iudices orasset, & vicisset. Ve-
 rum ubi arte jam cognita, præmium cunctaretur, neque caus-
 modi dilemma proponit: Percontanti quis esset artis finis, ubi
 Corax respondisset, persuadere dicendo: Age, inquit, si
 persuadere judicibus me nihil debere, non reddam, quia vici
 causam: si minus persuadeo, non reddam, quia non perdidici
 artem. At Corax Tiliæ dilemma tanquam vitiosum, & æ-
 quiperum in discipulum retorfit ad hunc modum: Immo, inquit,
 si persuadeas, dabis, quia tenes artem, & debes ex pacto: si mi-
 nus, dabis, quia lententis iudicem damnatus. Quod com-
 mentum tam vastrum, tamque callidum ubi iudices audissent, ad-
 mirati versuriam adolescentis, succellarunt vici vixeras na-
 xion dicit, causamque in longissimam diem distulerunt. Sunt,
 qui narrant hoc succellarum à corona circumstantium, cum

tudinem victimæ mactavit. Familia conspecto facinore, voci-
 A ferata est. Mater audito clamore exiit, videntem trucidatum
 alterum, alterum etiam eodem mucrone interfecit. Allatum
 est cadis domesticæ nuncium ad Macareum: qui relicto fa-
 crificio, quam potuit furentissimo impetu in ades infiluit: at-
 que tædæ, quam habebat, uxorem interemit. Deinde re com-
 perta Macareus comprehensus, & tormentis examinatus, con-
 fessus est, quæ in templo perpetrata: in ipsis verò quæstioni-
 bus vitam amittit. Et sic Macareus ultione divina, suo ipsius
 uxoris, & liberorum capitibus dignam poenam luit. *Elianus*
lib. 12. de varia historia.

Glaucus Spartanus, Epicycidis F. justitiæ nomine inter suos
 atque etiam exteros commendatissimus, à Milefio quodam
 hospite magnam auri summam depositi loco accepit. Multo
 post tempore filii, patre defuncto, exhibita nota pecuniam re-
 petierunt. Ille negare depositum à principio: postea tamen
 quatuor mensium tempus præstituit, quo responsum daturum
 affirmabat. Interea Delphos se contulit ad oraculum peten-
 dum: ubi iurjurado interposito pecuniam depositam re-
 B tineret. Ibi Pythia respondit his verbis:

Γλαύκη, ἔπειθ' ἰδὲ δὴ, τὴν μὲν ἀντιμὴν κέρδιον ὄντα
 ἔργον ἴσχυσαι, καὶ χρεῖματ' ἀπιστάσθαι.
 ἴσχυαι, ἔπειθ' ἰδὲ δὴ, τὴν μὲν ἀντιμὴν κέρδιον ὄντα
 ἔργον ἴσχυσαι, καὶ χρεῖματ' ἀπιστάσθαι.
 ἀδὲ δὴ, καὶ τὴν μὲν ἀντιμὴν κέρδιον ὄντα
 ἔργον ἴσχυσαι, καὶ χρεῖματ' ἀπιστάσθαι.
 ἀδὲ δὴ, καὶ τὴν μὲν ἀντιμὴν κέρδιον ὄντα
 ἔργον ἴσχυσαι, καὶ χρεῖματ' ἀπιστάσθαι.

His auditis, Glaucus veniam sibi eorum, quæ dixisset, ut daret,
 Deum obsecravit. Cui Pythia: Idem est tentare Deum, & fa-
 cere. Glaucus deinde accitus Milefius, hospitibus pecuniam reddi-
 dit: sed ejus soboles, & familia ex Sparta radicibus extricæ
 sunt. *Herod. lib. 6. Historiarum expellit. Juvenalis Satyra 13.*

Spartano cuidam respondit Pythia vates,
 Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
 Depositum retinere, & si audeat jure tueri
 Jurando quæretur enim, quæ numinis esset
 Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
 Reddidit ergo metu, non moribus: & tamen omnem
 Vocem adyti dignam templo, veramque probavit:
 Extinctus tota pariter cum prole, domoque,
 Et quamvis longa deducit gente propinquis,
 Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Alcæmeni, & Theopompo, regibus Spartanorum, datum
 erat oraculum, ἀποχρηματῶν ἀπάρου ὄντι teste Plut. in La-
 conicis. Itaque cum aurum, & argentum in urbem inferre
 non audent Spartani, illud apud vicinos Arcades deposuerunt.
 Ea occasione Arcades hos illis viti facti, fraudandi depo-
 situm ergo. *Athenæus lib. 5. Diphosoph.*

Suri ejusdem in deposito, item Duorum in fideicommis-
 sio perfidiam erga ancillam, quam Demosthenes liberavit.
Pete ex Tit. Judices, vel arbitri prudentes in foro.

Interfecto C. Jul. Cæsare, & conjuratis urbem relinquenti-
 bus, Cæsaris amici conjunxerunt se M. Antonio: uxorisque
 ejus Calpurnia huic fidens pecuniam magna ex parte, cuius
 fuit summa millies H. S. domo sua exportavit, deposuitque
 apud eum. Interea Octavius Cæsar appulit Romam, defunctæ
 sororis nepos, & hæres patrimonii relictus, qui Apolloniæ
 D sub tempus cadis Cæsaris agebat. Is statim ut patrum
 amicam salutans Antonium, fecit depositi mentionem (si-
 quidem populo Romano ex testamento Cæsaris trecentos
 sestertios viritum dederat) Antonius primum ut adolescen-
 tem deprecaret, insanire dixit eum, bonoque consilio, &
 amicis carere, qui onus importabile subiret Cæsaris heredi-
 tatem. His verbis cum confederaret adolescens, sed repeteret
 argentum: multa in contumeliam ejus affidit, & egit.
 Ut verò Ciceroni se adolefens & aliis, qui oderant Antio-
 nium, dedit: Cicero senatum perpulit, ut hostem illum ju-
 dicaret. Cæsari lidores, & insignia prætoris decerneret. *Plut.*
in Antonio.

ORNAMENTORUM.

Jo. Jacobus Schutz, à Troubach, Argentinz hospiti cuidam
 catenam orichalcicam magni ponderis servandam dedit, pro
 auro. Mox ab hospite mutam pecuniam petit. Hospes non
 gravatim dedit, pignore deposito fretus. Schutzus cum
 locum, in quo catenam hospes deposuerat, observasset, clam
 eam abstulit, & in cloacam projecit. Depositum inde repe-
 tit. Hospes nihil de fide illius suspicatus, à fure quodam Bul-
 batam credebat. Commodum interea falsi criminis convictus

Schutzus, cum jam cervicem carnifici fecandam præberet,
 fraudem contra hospitem suum commissam fasus est. *B. E.*
Rhenanus lib. 3. Reg. Germ. Vide Tit. Perfidia subditorum
erga magistratum.

ARCANI.

Tantalus Jovis filius fuit, qui convivio decorum adhibi-
 tus, arcana eorum publicavit: & propterea apud inferos
 penas luit, lapidem habens capiti imminente, infra
 aquam multam, & frugiferas arbores. Quod si quando potu-
 rus erat, saxo in eum irrudente, sitici fiebat. Cerne-
 bat enim, unde edendum, & bibendum esset, sed edere, & bi-
 bere non poterat: cum mento aquam tangeret, montem
 arefcebant, *Suidas.*

Æginam Jupiter rapuit, Asopiam filiam. Quam cum Aso-
 pus nuptiam inveniret, à Siphio pacta mercede, ut pe-
 rennem aquam in Acrocorintho pro indicio obtineret, in-
 venit. Ejus indicii pœnas apud inferos luere Siphium non-
 nulli tradiderunt, atque Asopum, cum Jovem insequere-
 tur, fulmine percussum fuisse, ut ait Callimachus. *Nat. Co-
 mes Myth. lib. 1. c. 16.*

TUTELA.

Vide Tit. Tutores perfidi, illic Personarum, hic Contra-
 tum habetur ratio.

Gelon satelles Hippocratis, Geloum tyranni, fortitudine
 bellica clarus, & Hippocratis liberis, Euclidi, & Cleandro, tu-
 tor datus, civis rebelles subegit, & imperium occupavit, filius
 Hippocratis ejectionis. Syracusas postea cepit, & totam Siciliam
 obtinuit. *Herod. lib. 7.*

TESTIMONIO. TESTES PERFIDI, INJUSTI.
 Testimoniæ quatenus falsum ad locum Mendacit. Quatenus
 autem perfidiam, ad hunc ordinem. *Consule item Tit.*
Perjurii, & Testimonii falsi pœna.

Perunt, Cyncum, uxoris calumniam inducunt, filium Te-
 nem in arca positum in mare dejecit. Hæc testifata acta,
 cum in Tenedum (Leucophrin præsidiâ) appulisset: Te-
 nes mirabili deorum ope salutem consecutus insula postea
 imperavit, vir præclarus, ac justitia, virtutibusque aliis ho-
 nores immortalium adeptus. Ergo propter ejusdem tibiensis
 testimonium, qui novæzæ Philonomen insidis faverat, legem
 fanxit, ne quis tibiensem templum ingrederetur. *Diod.*
lib. 5. cap. 17.

Apud Rom. servi testimonium contra Dominum non va-
 G luit. Tiberius ut testa Libonem per fervorum questionem
 inquireret, fraudem legi fecit, quod illos emancipari, & de-
 inde per tormenta inquiri iussit. *Alex. lib. 3. c. 20.*

LITE INJUSTI IN LITE PERSEQUENDA.

Vide Titul. Pœna perfidie in litibus.
 Concionator licitum dicitur, qui novas lites simulatis ca-
 pationibus, & cavillis improbis, in longum ducere molitur,
 cum sibi jure agere non liceret. Concinnare enim est rem ef-
 ficis mendacis, omnibus lenocinis perpolire: sicut is, qui
 unguentis delibutus, madenti coma, & capillo composito
 conspiciatur, quos M. Cato vitiligatores nuncupat. Græcæ
 autem κρητῆρ δίκων, quia sector litium. Redemptor causarum
 is dicitur, qui quotidianis lites pecunia mercari, illaque
 pactionibus muneribusque pellicere conatur, haud fecit
 quàm, qui domos adificiosque faciendum, utendumque pre-
 tio conducit: qui etiam Quadruplato, & Intercepto aliene
 litis dicitur est. Quos homines tanquam inciviles, & mala-
 rum artium artifices, jureconsulti jure incescere. *Alex. lib. 4. H.*
cap. 15.

Prævaricatores eos appellamus, inquit Ulpian. qui causam
 adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei conce-
 dunt, à variando enim Prævaricatores dicti sunt. *Hotoman.*
de verbis juris.

Eques Rom. è Vocontis ovum serpentis in judicis victo-
 riæ causa in sinu fovebat. Claudius princeps deprehensus
 eam solam ob rem interfici curavit. *Plin. lib. 29. c. 3.*

Robertus Atrebatensis comes in lite contra amicum Mathil-
 dem perfidus. *Vide Tit. Codicillarum falsariis.*

Boleslai 11. regis Polonorum in lite contra Stanislaum
 Episcopum perfidiam. *Vide sub Tit. Religiosas reprehensiones*
non ferre.

JUDICANDA.

Ex Tit. Judicium injuriosum exemplâ petantur. Illic
 Personarum, hic contractus ratio habetur.

Steleus promiserat magnam pecuniam vim judici Bulbo.
 Nam id erat judici nomen. Steleus autem qui totum hoc
 negotium condiebat (hinc enim dicitur est conditor) adjuvit
 Bulbo alterum judicem, cui nomen Gutta: ea res Bulbum red-
 dit

didit alacriorem. Solent autem coqui bulbis (id est ceparum
 A genus) addere condimenta, quò fiant dulciores. Ad id allu-
 dens Cicero: Itaque, inquit, minimè amarus visus est.
 Hinc & guttam fieri dicitur, quod fit paulatim. *Erasmus in*
Adagis, ex oratione pra. A. Clientio.
 MATRIMONIO. INJUSTI
 in Matrimonio

CONCILIANDO.

Edgarus Anglorum rex, Athelvyldum Comitem, qui
 ipsi à secretis erat, ad Hergerium Devenensium misit du-
 ceta, filiam ejus sibi petendum. Legatus pulchritudine
 virginis captus, sibi eam uxorem legit. *Vide Tit. Le-
 gati perfidi.*

Rex Norvegiæ Olavus Daniz inhians, ut in suas partes
 Sueones traheret, Syrithe Erici Sueonum regis viduæ nu-
 ptias ambivit. At Sueo Danorum rex duos satellites subor-
 navit, qui simulata relegatione, Olavum supplices peterent,
 & Suenonis infestatione Thyra ejusdem filia formam, atque
 mores extollerent. Olavus igitur amore accensus, legatis
 missis, nuptias pactus est: fuumque amorem alieno oppro-
 brio comprobaturus, Syritham colloqui simulatione accer-
 B vit. Cujus precibus regina aliquandiu reluctata, ad extremum
 imperio cessit. Cum igitur pontonem pensilibus unciis tubni-
 cum confederet, eodem subducto, præceps in mare dedit.
 Nec contenti nautæ hoc dedecore ut libidinosum ei anim-
 um exprobrarent, clamorem sui hinnitus specie edidere.
 Syritha in injuriæ illius ultionem, Sueoni nuptias suas ambi-
 entem promptè obscuravit. Sueo vicillim filiam Olavo deneg-
 avit. Ita Olavus duobus splendidissimis conjugis destituit-
 meris, dum alterum temerè respuit, ab altero turpiter repelli-
 merit. Repulsa impatiens, bellum Sueoni intulit. Caterum
 navali prælio victus, ne, in manus hostium veniret, semper-
 sum in mare precipitavit. *Saxo. lib. 10. Vide infra pauld al-
 ter banc historiam.*

NON PRÆSTANDO.

Judas Thamar nuri pacta connubialia non servat.
 Vide Tit. Incestus foreri cum nuru.

Filias rex Artaxerxes Mnemon complures habebat. Ex his
 Pharnabazo Apamam despondit, Rhodogunen Oronti, Tiri-
 bazon Amistrim. Cæteris quidem collocavit eas, Tiribazon
 vero delulit: quod sibi ipsi matrimonio junxerit Amistrim,
 cuius loco pactus est Tiribazon minimam Atoslam. Ut verò
 hanc quoque impulsus amore duxit: semel incensus in eum
 est Tiribazon, nec aliàs moribus solidus, sed mobilis &
 vœtors, & cum Dario contra regem conspiravit. *Plut. in*
Artax.

Arcefilus Macedonia potius tyrannus quàm rex à Platone
 appellatus, interfectus est ab adolescente Crævea, quem
 in deliciis habebat, quòd sibi promissam filiam alteri dedis-
 set. *Elianus. de Var. hist.*
 Aristidis filias, ipso adhuc superstitite, matrimonio sibi de-
 spondent Græcorum præstantissimi. Non autem Aristidis
 vitam respexerunt, neque justitiam ejus suspexerunt: quo-
 niam si horum æmulatores extitissent, in posterum etiam
 sponsonem non destitissent. Jam verò cum ipse excessisset è
 vita nullam rem amplius neque familiaritatem cum puellis ha-
 buerunt. Posteaquam enim vita defunctus esset filius ille Ly-
 fimachi, paupertas ejus cognita est. Quæ res illos etiam infor-
 tunatos homines à splendidissimis, clarissimisque, ut mea fert
 opinio, nuptijs deterruit. *Elianus. lib. 10. de Var. hist.*

Lyfander Lacedæmonio sub Haliarti moenibus interfecto,
 Procus, qui superstitis adhuc filie fidem dederat conjugii,
 puella orata parente (cum Lyfander post obitum pauper
 reperitus esset) sponsonem antea factam revocavit, & se nolle
 eam ducere dixit. Ob eam causam punierunt eum Ephori
 communi decreto. *Elianus. lib. 6. Var. hist.*
 Eubatas Cyrenensis, cum de contrahendis cum Laide nu-
 ptias pactus esset, sponso his conditionibus facta est, ut post
 ludos, certamenque rata deberet esse. Eubatas autem cum jam
 victor abiret à certamine, non contentus non fuisse videretur
 erga feminam, pectam Laidis imaginem deportavit secum Cy-
 renas, iniquens, se Laidem ducere, & pacta non præterire.
Elianus. lib. 10. de Var. hist.

Romilda Giuphi Forojuliensis ducis uxor, prodidit
 Forum Julium oppidum cum liberis, & fortunis omnibus,
 Cæcæno Avarum regi, quem semel intuita perdidit ama-
 re coepit. Pollicitus erat, ubi in urbem reciperetur, Ba-
 varus ille nuptias. Cæterum ne fidem prodere videretur,
 noctem unam habuit Romildam pro legitima conjugè:
 inde robustissimis militibus assiduo congressu vexandam

dedit, & male affectam palo affixit. *Sabel. lib. 10. cap. 4.*

Otho J. Imp. ad majestatem occidentalis Imperii pertinere
 arbitratus, totam in auctoritate sua esse Italiam, provincias
 Apuliam, & Calabriam bello petere constituit, ac pulsus in-
 de Græcis, & Sarracenis Italiam petere adjungere. Interea Græ-
 ci Imp. Nicephori legati advenere ac simulata fide Nicepho-
 rum paratum esse retulere, Theophamam (seu filiam, seu fo-
 rorem) adolescenti Othoni Othonis F. conjugio copulare, &
 certa non solum amicitia, sed etiam affinitatis federa junge-
 re: illum puellam ad certum, quem nominabant, in Calabria
 locum, cum comitatu missurum: rectè Othone facturum,
 si suos & ipse, qui eam exiperent, & ad se deducerent, eodem
 mitteret obvios. Credidit verbis legatorum Imperator, ac
 protinus exercitus partem cum pleraque nobilitate ad consti-
 tutum locum iussit proficisci. Qui missi sunt, dum adventum
 sponse opperiuntur, nec opinantes à Græcis, ut secreto man-
 datum à Nicephoro habebant, contra fidem oppressi: Hoc ubi
 Otho cognovit, Græcam fidem detestatus, bellum, quod jam F
 diu animo coquebat, haud ultra differendum arbitratus, Gun-
 tharium, & Sigifridum duces, belli, pacisque artibus claros,
 Othone quoque filio adjuncto, in Calabriam, atque Apuliam
 mittit. Hi Græcos post aliquot secunda prælia facta infolen-
 tiores, & imprudenciores effectos in insidiis pertraxerunt: ex
 quibus plerique caesi, reliqui capti, ac truncatis ad contumel-
 iam naribus Constantinopolim dimissi. Ita Apulia, Calab-
 riarque recepta juris tandem occidentalis Imperii facta. Græ-
 cis ingenti tributo multctatis, Germani duces optima præda di-
 titati, gloriosissimam ad Othonem victoriam retulerunt. *Si-
 gon. lib. 7. regni Ital.*

Philippus Imp. Bambergæ ab Othone à Vuietelspach Pala-
 tino in suo cubiculo ex insidiis obrunctus fuit, eò quòd fi-
 liam Othoni pactam alteri despondisset. Anno 1208. *Stum-
 pfius. Vide Tit. Crudeles obrepulsum amatoriam.*

Mistavo rex Vandalorum, Bernardo Saxonia duci mille
 equitibus fidelem præstiterat operam, sequens cum in Calab-
 riam usque, quò Saxo Othone II. Imp. comitabatur. Eo
 beneficio Saxo adductus, filiam suam Mistavo in uxorem pol-
 licetur. Verum Theodorici Marchionis Brandeburgensis con-
 civici duce Saxonia abalienato à Mistavo, quòd is dicitur. G
 ret, cani, hoc est, ethnico, non esse dandam tam nobilem
 puellam: repulsum patitur. Mistavo hac injuria irritatus, in
 Saxoniam arma movit. Aldenburgi sexaginta Presbyteris cu-
 tem capitis in modum crucis incidit: circumductos probris,
 & verberibus afflixit, donec viribus destituti animam efflarent:
 reliquos Canonicos pecudum more jugulavit. Eadem trucu-
 lencia Hamburgensem Ecclesiam confurcavit. *Crantz. lib.*
3. Metr.

Vago, tertius Aldenburgensis Ecclesie Vandalorum Pon-
 tificis, sororem habuit speciosam, quam conjugem postulat
 Obtritorum regulus Bilug. Cùmque interpellationibus crebris
 Pontificem super hac convenisset, quidam petitionem
 ejus repulerunt, dicentes injustum esse, pulcherimam virgi-
 nem inulto, & agressi viri copulari. Ille contumelia dili-
 mulata preces iterare non desistit. Timens autem Episcopus,
 ne Ecclesia inter Vandalos sub tribus Othonibus recens nate
 gravius aliquid, si pernegaret, accideret, postulationi ejus
 annuit, data illi sorore in conjugium. Procreavit autem ex
 ea filiam Hodicam: quam Pontifex avunculus monasterium H
 Virginum tradidit, & sacris literis institutam, præfice Vir-
 ginibus Magnopolitanis. Id frater puellæ Mizisla agerrimè
 cult, odio occulte Christianæ religionis: patrem quoque sen-
 sim permovit, ut jam cogitaret de conjugis repudio, & rerum
 mutatione, nisi quòd Saxonum vires formidabat. Bilug ergo
 cum decimum Pontificalem, pro quolibet aratro mensuram
 grani cum XL vellibus lini & XII nummis cum decimotertio,
 qui colligenti cedebat, ab Episcopo suis remitti obtinisset,
 eidemque vicillim vicos quosdam obtulisset: cepit senfim
 latrocinijs Episcopi villicos infestare: sed & sororem illius re-
 pudiauit. Mortuo patre, Mizisla Hodicam per vim elocavit
 Boleslao cuidam, ceterumque illum Virginum sacrarum dissi-
 pavit. Et hæc initia fuere defectionis Vandalorum à fide.
Idem lib. 2. Vandale. 39.

Gramus Danorum rex, adversus Sumblium Phinnorum
 regem bello suscepto, ad aspectum filie ejus Signes deposti-
 tus armis, ex hoste proeus evasit, eamque, promisso conju-
 gis sue Gro, Sictugi Sueonum regis filia, repudio pactus
 despondit. Quam cum, bello Norvegico, quod adversum
 Suibagerem regem ob fororis, filiaque stuprum susceptam,
 admodum

Imp. unversis bonis ; & subinde mater etiam relegata, penè inops, atque egens apud amitam Lepidam nutritus est. sub duobus pedagogis, saltatore, atque tonsore. Verum Claudio Imperio adeptus, non solum paternas opes recuperavit : sed Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est. Suetonius.

Claudii Imperatoris testamentum Nero adoptatus non tantum violavit, ut Imperii successore esset : sed Britannicum filium Claudii, & sorores ejus interfecit. Xiphilinus in Neronè.

JURE JURANDO. PERJURI IN GENERE.

Spartanos velut infidos, damnososque, quibus nec ara, nec fides, nec jusjurandum foret, taxat Euripides, & Aristophanes. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

Dionysii tyranni dictum celebratur : Sicut pueros talis, ita juramentis homines decipiendos. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

Gallos, & Pœnos nulla jurisjurandi religione teneri ferunt, quin ubi visum fuerit, deserviant, nullo rapinis modo, aut favita præfinito. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

IN SPECIE. PERFIDI IN JURAMENTO præfinito, præstando, & servandove.

B Michael Cubicularius, cum Zoe regina Romani Argyropoli uxore stupri commercium habebat. Imperator ad se vocato Michaelè, de amore reginæ interrogavit. Qui omnia inficiatus, juramento per sacra interposito, fidem fecit, diris se, ac execrationibus devovens, ut regem falleret. Qui cum illi fidem haberet, aliorum sermones calumnias putabat. Ob quam deceptionem fertur, Michael morbo sacro correptus, qui usque ad ejus mortem duravit. Per circuitus enim quotidianum animo linguebatur, cum oculorum conversione, violentoque corporis motu in terram decidens : ad se reversus pristinus sensus recuperabat. Quinimmo posteaquam Imperium per Zoen adeptus est, domi plerumque latitans, custodiam quorundam habuit, qui vela circumquaque, cum signa perturbata mentis adessent, obducebant : ne adstantes patientem morbum viderent. Itaque tandem cœnobio se incluserit. Cuspin. A. D. ex Zonara.

Ludovicus Bofonus filius, Provincia, ac Burgundia regis per Taurinos ingressus Italiam, regnum invasit. Verum captus a Berengario juniore, ea conditione dimittitur, ne in Italiam revertatur. Paulo post autem oblitus juramenti, rediens cum exercitu, Veronam capit : sed captus a Berengario, oculis & testibus privatur. Bonfinius.

Elfredus, qui conspirationis contra Eustanum Angliæ regem princeps habebatur, dum Romæ ad altare S. Petri, præsentè Joanne Pontifice, sui purgandi gratia jurare cogeretur, corruit, & post triduum mortuus est. Vincent. lib. 24. cap. 63.

Godwinus Cantianorum Comes, Anglis mortuo Canuto III. Alfredum Etheldredi regis exulis F. revocantibus, ipsius virtutes formidans, calumniis circumvenit, per insidias in itinere necavit : auctore fuit Anglis, Eduardum III. Alfredi fratrem ad regnum vocandi. Eduardus Godvino scelus in fratrem committum condonavit, ejus filiam Editham uxorem accepit, & perduellionis reum in integrum restituit. Verum Godwinus nullo consilio effugere potuit meritum supplicium. Accidit, ut Heraldus filius, qui regium poculum miscerat, Eduardov prædanti daret bibere. Is fortè uno pede offensus penè lapsus, auxilio alterius pedis sese a casu recepit, & fletuque juravit. Hic conditionibus lætatur Eduardus, postero die prima luce, facta per Sacerdotem ad portam, qua urbem intratus erat, re divina, inter sacra utrumque se fandi simile servarum jurando promittit, ac ita urbe recipitur : qui tamen tantum aberrat : ut alterum servare in animo habebat, ut eam nihil præis sibi curandum, quam Henricum persequendum, de regniq. possessione deturbandum statueret. Nam urbem ingressus, deposita omni jurisjurandi memoria, eam præsidio firmavit, & ne aliquid in ea innovaretur, copias auxit, Londinumque profectus Henrico capto regnum recuperavit. Polydorus lib. 24.

D Cum Carolus VI. Francorum rex, ob agritudinem a recto sensu aberraret, & de regni administratione otia contentione, Burgundia dux Joannes per noctem, in Parisiorum urbe, Aurelianensem ducè interim curasset, magni motus in regno orti sunt. Re tandem composita, est postea Burgundus dux, atque Carolus VII. Delphinus asinusate se devinxerunt, inde ista injuriarum oblivione, quam jurisjurandum supra Christianam hostiam confirmarunt : tamen cum in colloquium ad urbem Monasteriolum convenisset, in ponte ipso fluvij Jona Carolus Burgundum

Aphrodisium juramentum pro vano haberi veteres voluerunt : Namque veteri adagio amantibus verum ludificare permillum est. Alex. lib. 3. cap. 20. Exat de hoc ipso in Antiquitatibus Joannis Marchanona, Philofophi & Medici, an. 1360. Patavii, & Bonnonia conscripti, ex tabellis Divum facta ex

Tusuraria : quæ vni, nequitiam, fraudem amatoribus qualemcumque, quomodocunque, quancumque, erga quoscumque permittit : sive illa a stulto quodam antiquitatis imitatore afficta, sive ex ipsius Saburra naufragio crepta sit tabula.

De Amicitia, Pace, Reconciliatione.

Consule Tit. Perfidia erga hostes, quatenus jusjurandum fallunt, item Titulum Astutia.

Cleomenes Lacon, assumpto uno ex familiaribus suis Archonide, cum consortem, & adiutorem sui propositi fecit. Juravit igitur ei, si voti compos fieret, se omnia cum ipsius capite transacturum esse. Cum verò potius terum esset, occiso Archonide caput ejus effectum vasti pleno mellis imposuit, & quotiescumque aliquid agere inluisisset, oculos in urnam deflexit, atque sic omnia peregit, dicens se pactum non violare, neque jusjurandum fallere, etenim consilium se cum Archonide capite capere. Athan. lib. 12. Var. hist.

L. Sylla occupata urbe, pulsoque Mario, quò odium plebis leniret, consulem creavit ex adversis partibus L. Cinnam, devotioribus, & jurisjurando adactum, pro se facturum. Ille scandit Capitolium, lapidemque manu tenens juravit. Inde execratus in caput suum, ni amicitiam cum Sylla conservasset, ita urbe ut exigeretur, sicut è manu sua excidebat lapidis, multis presentibus lapidem projecit in terram. Ad inito magistratu aditum moliti cepit res novas, ac judicium Syllæ est machinatum, ac catore quocunque appositum unum ex tribus plebis Virginium. Quo ille una cum subfelliis relicto contra Mithridatem est profectus. Plut. in Sylla.

Occiso Galba, inquit Plutarchus, Otho Senatam Rom. jurisjurando adiecit in sua verba, tanquam alii ipsi essent senatores, aut aliorum deorum cultores. Ita juravit, id quod Otho ipse, & Senatus, cum pro Galba jurassent, non tamen præstiterunt. Lud. Vives de Concord. & discord. lib. 3.

Romanus Lacapenus sancto juramento, nunquam se Constantino Imp. vel infidias struaturum, aut regnum affecturum, promiserat. Sed non multo post & se, & conjugem suam, cum filio Christophoro, & nepote, regio diademate ornari fecit. Porro Romanus Constantinum infra se collocasse non contentus, occasione queritiam etiam Christophori illi proponendi. Itaque instructa Bulgarorum turba, ut per seditionem multaretur, ut Christophorus ante Constantinum nominaretur : quasi propter motum illum necessitatis parendum esse, scilicet postulatis illorum annuit. Deinde etiam duos reliquos suos filios ante Constantinum salutari jussit : & primus quintus esse factus, cique minor etiam Romanus propositus fuisset, nisi ante decessisset. Ita indigena Imperator, ad quem hereditario jure Imperium pertinebat, inlat adscriptum fuit. Zonar. tom. 3.

Andronicus Comnenus Alexium puerum quindecim annorum etiam interfecit, præter jurisjurandi fidem, quam usum cœnæ Dominicæ in frequenti cœtu confirmarat : Nicetas in Anabasis, & Cuspin. A. D.

Eduardus I. V. Anglorum regno ab Henrico VI. pulsus, Caroli Burgundi ope in insulam reverfus, Eboracum contendens, non regni, sed principatus aviti Eboracensis recuperandi causa se venisse dicebat, & a suis civibus se recipi ut ducem postulabat. Cives ipse præmiorum onerati ad pactiorem venerunt, ut si Eduardus juratus promitteret, se cives suos benignè accepturum, & Henrico regi in posterum dicto fideliter audientem fore, eum recipientem mœnibus, opibusque jurarent. Hic conditionibus lætatur Eduardus, postero die prima luce, facta per Sacerdotem ad portam, qua urbem intratus erat, re divina, inter sacra utrumque se fandi simile servarum jurando promittit, ac ita urbe recipitur : qui tamen tantum aberrat : ut alterum servare in animo habebat, ut eam nihil præis sibi curandum, quam Henricum persequendum, de regniq. possessione deturbandum statueret. Nam urbem ingressus, deposita omni jurisjurandi memoria, eam præsidio firmavit, & ne aliquid in ea innovaretur, copias auxit, Londinumque profectus Henrico capto regnum recuperavit. Polydorus lib. 24.

Cum Carolus VI. Francorum rex, ob agritudinem a recto sensu aberraret, & de regni administratione otia contentione, Burgundia dux Joannes per noctem, in Parisiorum urbe, Aurelianensem ducè interim curasset, magni motus in regno orti sunt. Re tandem composita, est postea Burgundus dux, atque Carolus VII. Delphinus asinusate se devinxerunt, inde ista injuriarum oblivione, quam jurisjurandum supra Christianam hostiam confirmarunt : tamen cum in colloquium ad urbem Monasteriolum convenisset, in ponte ipso fluvij Jona Carolus Burgundum

Burgundia ducem occidi jussit, atque sine ullo honore tumulavit. Fulg. lib. 9. cap. 6.

Ladislavus Ung. rex cum ad Oppidum Themesvarum pervenisset, quod Ladislavus Jo. Corvini major natus F. cum præsidio tenebat : Elisabetha Corvini uxore, una cum Marthia filio lugubri veste amicta, & cum pullo ancillarum ordine, quæ vultus ob domini mortem demiserant, regi occurrit : & cum prævererat, mulier, ac lacrymans filios commendavit, & Ladislavo F. quòd Ulricum Comitem Clizæ intercessisset veniam precatur, & obtestatur. Rex matronam amplexus, eamque proluxa oratione, & honorifica rerum ab Corvino gestarum commemoratione consolatus, ipsa in matrem, filius verò in fratres adoptatis, fratrem fœderis Eucharistia teste adhibita pullas vestes exuere jubet, festumque se cum illis uno diem celebraturum dicit. Præterea purpureas vestes, auro contextas in medium afferri præcipit : eas videt, Ladislavo, Matthiæque dono dedit. Insigni omnes pietate amplexatus, ancillarum ordinem in donatum nequam prætermissit, quas mox habitura mutare jussit, lætitiæ, ac hilaritati diem indixit, oppira celebrata convivia, quæ carminibus, mimis, & saltationibus excoluere. Ladislavum cum Matthia ad genua in media procerum turba instantissimè supplicentem, ut patris cædis veniam, ut dudum promiserat, donaretur, ad pectus erexit : gravi asseveratione, cum juramento super Eucharistiam sanctè, ac reverenter inito, omnes injurias ac inimicitias ex Ulrici morte conceptas remisit : amicos fratres adoptavit, ac Elisabetham pietissimæ parentis loco se semper habiturum esse recepit. Fratres adoptionis diem publica cuncti lætitiæ celebrarunt. Post amulorum suasionibus Ladislavo obrumcavit, Matthiam in carcerem conjecit. Ipse non multo post Pragæ veneno potionatus lætæ fidei pœnas dedit. Bonfinius lib. 8. Dec. 3.

De Odio, Inimicitia.

Candianus Venetorum dux ex tribus filiis, medium Petrum nomine sibi collegam cooptavit. Is non multo post in tantam proventus est insolentiam, ut patris viri optimi consilia aspernatus, facinorosis aliquot homines ad apertam seditionem in civitate movendam sollicitare sit ausus. Patres ferè omnes seni favebant, seditiosi, & stulti, atque non adeo vultu temerarium juvenem sequebantur : eo usque diversa utrorumque studia procefferat, ut parum abfuerit, quin media urbe sit inter cives dividitum. Abrogatum est filio Imperium, atque exilium inditum : omni Clero, ac primoribus Venetorum se ultro jurisjurando asstringentibus, neque patre vivo, neque mortuo passuros se Petrum Candianum, hominem sectiosum, in eum principatum, unde merito esset egestus, aliquando restitutum iri. Sunt qui tradant, illum in vincula adductum, ac dignum capitali supplicio à populo judicatum, sed parte illius mortem deprecante in exilium actum. Exul ad Guidonem Berengarii filium se Ravennam contulit. Hoc annitente, a Berengario exul impetravit, ut Venetos, quorum judicatus esset hostis, hostiliter insectari liceret. Sex naves ad hoc ipsum illi datæ à Guidone, quibus instructis brevi tempore aliquot Venetas naves circa Ravennam littora oppressit. Quo scelere ita pater affectus dicitur, ut mœrore, & agritudine nimia intra paucos dies expiraverit. Inde publico decreto Candianus ab exilio revocatus, contra Cleri, & optimatam jusjurandum Dux patri furrogatur. Sed neglecto juramento cives mox tyrannica Ducis administratione, publicoque incendio, Petro suæ in patrem temeritatis meritas pœnas luerunt. Sab. lib. 3. Enu. 1.

De Obediantia.

Anno Sal. 796. Caroli Magni auctoritate inducti Romani juraverant, se in posterum in Pontifice potestate, & obsequio futuros. Tamen post biennium conati sunt se in libertatem asserere, & Republica ac Senatui ascribere ea, quæ Cæsaris nimirum Constantinopolitani essent. Id moleste tulit Leo tertius Pontifex : nam ipse sperabat se potiturum illis bonis. Comprehenfus à Rom. oculo alteri privatus est. Mox ad Carolum Magnum in Galliam confugit : eum ille restituit, & uno die 300. patricios securi percussit. Matius lib. 9. & Eutropius.

De Silentio.

Battus mercedem pactus de Mercurii furto reticendo, fidem fallit. Vide Tit. Abigororum.

De Expeditione suscipienda.

Germani proceres Cæsarem delegerunt Rodolphum Comitem Habsburgensem : expresseveruntque, ut profiteretur se

in Italiam diadematis causa intra annum profecturum. Diodorigenti imperavit annos nunquam Italiam ingressus, semper per novas occupationes publicè cautus : sed apud amicos non dissimulans se ab Italia deterreri, quòd Cæsarem in Italiam vestigia, læta, magnifica, pleneque bonæ spei videret : ex Italia veto referentia, & foras versa, tristia, misera, luctuosa. Emil. lib. 7.

De Viduitate servanda.

Eudocia Constantinensi Duca Imp. uxore, jurisjurando marito morturo promiserat, a secundis nuptiis se temperatam : ac in syngrapham juraverat : quæ patriarchæ Joanni Xephilino custodienda data est. Sed Romani Diogenis amore inflammata, cum eum & Imperatorem, & maritum expeteret, callidè syngrapham à patriarcha recuperavit : Eunuchum quendam subormans, qui diceret, Imperatricem sui è fratre nepotis amore captam esse, nihilque restare, quam ut chirographum reddat, quo jurisjurando solvatur. Annuat Pontifex, & persuasus senatoribus, jurisjurandi chirographum Imperatrici remisit. Quo illa accepto, nuptis Diogeni, Zonaras.

CERTAMINE. PERFIDI IN F CERTAMINE OBEUNDO.

Paris certis legibus provocationem fecerat in hunc modum.

Me verò in medio fortem simul, & Menelaum
Ut pro Helena, atque opibus pugna committite cunctis
Decernamus : utri victoria cesserit ista,
Hic Helenam simul, & fortunam auferat omnes.
Iterumque Hector omnibus ejus provocationem pronuncians, & proponens, penè iidem verbis utitur.
Trojanæ reliqui, cunctique edicite Achivi
Arma sua ut terra ponant in luxuriosa :
Hic vero in medio fortis simul, & Menelaus
De cunctis pugnent opibus :
Vidvorem mulier simul, & bona cuncta sequantur.

Comprobata à Menelao conditione, pactum juramento firmarunt, & auctor intercessit Agamemnon :
Si Paris afficiat fortem letho Menelaum,
Ille extemplo Helenam ducat secum, & bona cuncta :
Si verò occidat flavus Paridem Menelaus,
Uxorem simul, & fortunam auferat omnes.
Cum igitur superasset, non tamen occidisset Paridem Menelaus, repetita utriusque alterius partis postulatione urgebant verba hostium : atque hi vi victo Paride petebant, illi ut non occiso non reddebant. Plut. lib. 9. Quæst. convivalium 31.
Philenorum fratrum Carthaginiensium perfidiam erga Cyrenenses in promovendis agri terminis pete ex Tit. Devoti pro patria.

Bartholus, & Baldus Jurecons. ea inter se cõtentione decertarunt, ut Baldo corruptorum juris Codicum crimen à quibusdam imputetur. Id quod Joan. Fichardus in vitis Jurecons. annotat. Certaminis summam hanc esse dicit. Bartholus Amerb. I. C. clariss. Si creditor pactus sit, ne licet ac debitori pignus vendere, & si vendiderit, quartum, an valida sit venditio? Negat Bartholus, motus si creditor, s. fin. de distr. pign. Econtra Baldus valere putat, eodem s. motus, cum diverso modo à Bartholus legit. Verba s. sunt hæc : Queritur, si pactum sit à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid juris sit, & an pactio nulla sit talis, quasi contra jus sit H. postea, ideoque vani possit? Et certum est, nullam esse Venditionem legi Bartholus : Baldus vero Conventionem, ut pactio stetur. Bartholus lecturam ut Venditionem legamus, comprobant pandectæ Florentina (quæ olim Pisana fuerunt) Nullam esse venditionem scilicet pignoris, ut pactio à creditore appozita stetur, Baldus autem, Nullam esse conventionem (inter creditorem scil. & debitorem) de pignore non alienando, ut pactio, id est, venditioni stetur. Baldus ergo, si corrupt exemplaria, pro Venditionem substituit Conventionem : Certaminis meminit Bartholus s. fin.

* PERFIDIÆ PUNITIO P OENÆ. SUPPLICIA.

Petantur ex Loco de pœna, sive Punitio, ubi plures illius Tituli, prout ea contra varios exceretur.
Quædam etiam ex Superioribus accommodentur.
Archillimum humana societatis vinculum est fides, unde etiam ex consequenti, Perfidia est, quæ hanc solvit, & enervat. Hinc apud Romanos solenne sacrarium fidei erat, in quo leges

ges, foedera, contractus iurejurando firmabantur, ut qui ea violaret, factum Diis Inferis caput esset.

Numa Pompilius II. Regis Rom. lex erat, Fidem datam privatim, publicè servandam. Habet enim fides secundum Stoicos nomen à fiendo, quasi quòd fieri debeat, quidquid fideliter promittitur. At perfidia non abire impune, sed vel infamia, aliivè poenis coercetur.

Et coercitiam plerumque constat tum factis, cum profanis historis.

EX S. SCRIPTURA.

Sedecias violans foedus cum Nabuchodonosore initum, ab eo captus, regno exutus, & excaecatus fuit.

Saul affligens Gabaonitas contra datam fidem, famis communis, & excidii causa exstitit. 2. Reg. cap. 21. & diximus initio hujus loci.

HISTORICA.

Agathocles tyrannus Syracusanus, datum hostibus jusjurandum transgressus est, occisive captivis, ridens ad amicos dixit: Cecidit, juramenti religionem evomamus; sed dire hanc perfidiam luit.

Tisaphernes Perfarum Dux, foedus cum Agefilao metu initum violavit, eique bellum denunciavit, quod libenter arripuit Agefilao, legatitque dixit: se magnam habere gratiam Tisapherni, quod perjurio suo & Deos & homines sibi inferens reddidisset, adverte vero parti propitios, teste Plutarcho in Lacon.

Alexander Magnus Indos quosdam sibi infestos contra fidem datam in itinere oppressit: hinc labes ei adhaesit, brevisque, & tristis exitus, uti omnes sciunt, testis est Plut. in Alexandr.

Carthaginensis Senatus Saguntum contra foedus, quod Hasdrubal cum Romanis ierant, excidium ad Hannibalem non tantum probavit, sed & in Romana curia defendit. Verum hoc cavillum, & hac perfidia Carthaginis excidio vindicata fuit.

Theodatus Gothorum rex bello undique pressus, ad Justinian. Imper. misit Legatos, pacem petens, eique totum Gallorum, & Italorum Imperium obtulit, postea verò ex interitu Mundi duci Justiniani animatus, fidem fecellit, arma movit: sed in his occubuit, atque à suis interfectus est anno regni tertio, ita Procop. & Blondus.

Cassius quid de Caesare sentiret, indicavit, eum ad Ciceronem scriberet, quo tempore in Hispania Caesare contra Pompejum Juniatorem bellum gereret, ait enim: Quid in Hispaniis geratur, rescribe. Perceam nisi sollicitus sum, ac malo veterem & clementem Dominum habere, quam novum, & crudellem experiri. Scis Cneus quam sit tatusus, scis quomodo crudelitate virtutem putet. Si Caesare vincit, celeriter me specta, vale. Atque Deus ipse hujus perfidiae ultor existisse videtur. Nullus enim ex Caesaris percussoribus, aut ex his, qui consilium dederant, ultorum manus evasit. Nam aut compulsi sunt ad vim sibi ipsi inferendam, ut Cassius, qui eodem pugione, quo Caesarem confoderat, seipsum transegit: & Brutus sibi ipsi mortem post acceptam cladem conscivit. Aut hostili ferro perierunt, & in primis A. Trebonius, qui in Asia à Dolabella per ludibrium, & contemptum trucidatus est, nec immerito: diutius enim cum Caesare militaverat, à quo honores, praemia, ac dignitate majorem in modum honoratus fuerat. C quoque Octavianus, & Lentulus Spinther, quòd operis se participes existisse ostenderent, cum re vera nihil egissent, ab Antonio & Augusto deinde interfecti sunt, & vanae jactantiae poenas dederunt.

Inexpugnabilis religionis est fidem fallere, & nunquam id facinus à Deo inultum permittitur.

Prusias Bithyniae Rex, violatè fidei, prodito Hannibale, compulsoque ad necem, miserabiles poenas dedit. Nam Nicomedes ejus filius, cui rerum habenas vivus permiserat, tavente populo illum regno exegit nemine ferente ei auxilium, & cum in spelunca quadam lateret, ab inquisitoribus inventus, justis severissimi filii trucidatus interit.

Vide idem supra Parentes, Patrici, injusti erga Liberos etc.

Tarquinius Superbi exitum quis ambigit Deo optimo ultore contigisse? Occiso enim Servio Tullio focero suo, regnum per injuriam inyasit, quo die scelerata Tullia per patris accensis cada ver carpetum egit, ut vitrum suum Regem salutarit.

Fidem esse Regem etiam praefendam Silius Italicus cecinit his versibus.

Fœdera mortales ne saevo rumpite ferro, Sed castam servate fidem, fulgentibus ostro Hac potior regnis.

In reliquis deinceps concludit, domum, conjugem, familiam, ac vitam ejus qui fidem violet, nunquam expertem luctus esse, nec lachrymarum, fidemque laetam semper cum insequi: nec terram, nec maria secura esse permittente: & Furias infernales consilii, mensisq; ejus semper adesse, donec illum in flygiam paludem mergant.

Hac est aures illa Ciceronis sententia, cum ait: Magnam vim esse conscientiae, & magnam in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiserint, & poenam ante oculos semper versari putant, qui peccant.

Reprehenditur à Veteribus, & merito Paches Atheniensium Dux, propter fidem Hippiae datam, & dolose pretextu non servatam. Is enim, teste Thucydeide, cum ad colloquium Hippiam Arcadii in oppido Notio ducem, ad se à conditione evocasset, ut si inter ipsos non conveniret, saluum & incolumem eum intra oppidum susteret cum ad eum egressus esset, eum in libera custodia tenuit, subitoque ad motum ad murum exercitum urbem expugnat, Arcades captos, Barbarosque interfect, nihil tale expectantes. Postea Hippium secum ducit, sicut pactus erat, intra civitatem, eumque telis confici jubet: at male mox perit, diis tantum scelus horribili interitu vindicantibus.

Justinus Imperator cum bellum contra Perfas gereret, Hunnos gentem bellicosam armorum socios sibi adungere cupiens auxilium ab eorum Rege petiit, qui, acceptis stipendiis, & muneribus ab Imperatore lubmissis, opem promisit: Sed cum à Perfa etiam Hunnorum Rex ad amicitiam, societatemque coeundam, & arma communiter inferendam invitaretur, ad illum adit, spe majoris commodi incitatus. Hoc ubi comperit Justinus, Perfarum Regem de re tota certiore factum, ne barbari promissio fideret, commonefecit. Perfa, veritate facti diligenter investigata, comperitque, Regem, ejusque milites interficere iussit; illum, ut hominem perfidiosissimum istos, ut socios, consociosque perjurii. Joan. Zonar. 3. p. Annal. Constantin. in Justino.

Compositus inter Regem Uladislaum, & Amyrtham Turcarum Imperatorem rebus omnibus, Rex Hungariae violatè foedere, prior in Turcam bellum movit, intoque praelio, Turca, cum suos in pugna non sine magna caede fugari conspiceretur, ad expedienda fidei violatae piacula, ad ulciscendam Christianorum perfidiam, & ad vindicandum jus recitatis pacis, de promptu è sinu codicem in si sanctissimè foederis explicat, intensusque in caelum oculis: Haec sunt, inquit, Jesu Christe, foedera, quae Christiani tui mecum percussere, per nomen tuum sanctè juraverunt, dataeque sub nomine tuo fidem violaverunt, per fidem Deum suum abnegaverunt: nunc, Christe, si Deus es, (ut ajunt) agnosce balluciam, tuas, meque quae injurias, te quae sollicitudines, qui sanctum tuum nomen nondum agnovere, violatae fidei poenas ostende. Vix hac dixerat, qui ultimam in se impetum expectabat, cum praedium, quod anceps, ac dubium diu fuerat, inclinare cepit: nam camelorum oneratarum interventu, à caede ad praedam Hungari animos converterant. Tandem, trucidato Rege Uladislaio, Hungari in fugam coniecti, nobilium victoria Amurathi reliquerunt. Antonius Bonfinius 1. 26. de rebus Hungar. dec. 3. & Chron. gener. Hisp. part. 4. Vide supra Tit. Perfidia erga hostes, & Bellum injuste inferendum.

Peroses Rex Perfarum, Nephthalitis Hunnis bello illato inglorius in regnum suum rediit. In angustiis enim quibusdam, ubi eos persequeretur, agmine eorum conferto circumventus, & exitu earum omni praesidio clauso ab eis captus est. Itaque ad necessitatem eam redactus, pacem ab illis petiit. Nephthalitarum autem Dux non prius conditiones pacis admisit, quam Peroses corpore inclinato adorationis ei honorem praestitit, & sponse una cum juramento interposito confirmavit, nunquam se Nephthalitis bellum illaturum esse. Et ille vel invitum rem eam, qua praeter rationem esset, temporis necessitate adactus fecit, & cum dedecore maximo domum reversus est. Postea verò ignominiam eam non ferens, contra jurjurandum religionem cum exercitu contra eos profectus est. Et cum illi rursum insidias ei struxissent, propter jusjurandum violatum caesus est. N. ceph. Callist. lib. 16. bist. Eccles. cap. 16. Praecop. lib. 1. de bello Persico.

Aistulphus Longobardorum Rex, initio regni sui pacem cum Zacharia Pontifice Romano, deinde cum ejusdem successore Stephano II. innovatam juramento confirmat: sed quoniam ambitio, & Imperii latius propagandi cupiditas, tantum juris in animis Principum habet: iurejurando per summum facinus contempto, & exarchatu Ravennate in suam potestatem redacto, Romam armis lacessere cepit, ut eam, si possidet, suae ditioni adjungeret: cumque multis frustra tentatis, ad fidem servandam induci, placatamque non potuisset, sanctissimus

mus Pontifex Stephanus ad Deum supplex confugit, ut orationibus, & lacrymis obtineret, quod ab impio rege impetrare non poterat. Mandat ergo iurejurandi ab illo praestiti formulam tabulis exceptam ad crucem praetam affigi: ipse vero cum populi Romani, Clerique instructo agmine, in solemnibus supplicationibus pompa nudis pedibus incedens, multis Antistitem comitantibus, Servatoris imaginem miraculis illustrem humeris gestabat. Tam religiosus praesens exaudivit Deus, ut armis Pipini Galliae Regis coactus Aistulphus reddiderit Ecclesiae quicquid per vim abstulerat, & non multo post miserandum in modum è vivis excesserit, excussus, & ab equo praecipit lapsus, vel (ut alii narrant) ab apro dilaniatus. Carolus Sigon. lib. 3. de regno Italiae.

Ludovicus Bosonis filius, ortus ex Caroli Magni stirpe, regnabat in Provincia. Hic à quibusdam Italiae Principibus Berengarii infensus sollicitatus, & potissimum Adelberto Berengarii genero, spe Italici regni illectus montes transcendit, intoque praelio in eas angustias à potentissimo hoste redactus est, ut ejus potestati se traderet. Eum Berengarius, ex Italia excedere cupientem, pro sua clementia liberum, atque incolumem in patriam redire permisit, iurejurando tamen adactum, se Italici rebus temperaturum, nec deinceps arma moturum. Sed Ludovicus iurejurandi immemor, & clementiae benignitatis, qua in eum usus fuerat Berengarius, oblitus, deceptus cupiditate regnandi, & vana quadam spe, quam ex Primatibus Italiae quidam ostentabant, delusus in Italiam revertit, & post varios incerti Martis eventus, cum esset Verona, in hostis manus iterum incidit; à quo in perfidia, & ingrati animi poenam, non oculis tantum cruris, sed usurpato per injuriam regno privatus est. Carolus Sigonius 1. 6. de regno Italiae.

Anno Dom. 1012. Huna quidam Regis Angliae Ethelredi militiae Princeps, vir strenuus, & bellicosus, qui sub Rege regni negotia disponenda susceperat, videns Danorum insolentiam, qui jam post pacem factam per totam Angliam adeo superbiendo invaluerant, quod uxores virorum nobilium, & filias vi opprimere, & ubique ludibrio trahere praesumpserant, accessit perturbatus ad Regem, & querelam super his dispositu luctuosam. Tunc Rex non mediocriter commotus, eisdem Hunae consilio, misit literas ad omnes regni fines: Mandans nationibus singulis, & universis, ut sub una die, in festo sancti Britii Episcopi, omnes Dani per Angliam constituti, subito impetu mori traderentur, ut simul, & semel de oppressione Danica omnes graviteretur Anglorum. Sicque Dani, qui firmo foedere paulo ante utrimque jurato cum Anglis pacifice habitare debebant, opprobriose nimis sunt percipiti, mulieres cum liberis ad domorum postes allisse miserabiliter animas effuderunt. Cum igitur hujus decreti sententia apud urbem Lundeniensem absque misericordia exereretur, fugerunt multi Danorum ad quandam Ecclesiam in civitate, ubi omnes sine pietate ipsi affantes altariibus sunt percipiti. Mattb. V. vest. Monasterium, apud Bar. tom. 11. an. 1012. 13.

Cum Procopius tyrannus à Constantinopoli Valenti Imperatori ad confingendum paratus occurreret, audito hoc Valens, relicta Antiochia, cum illo propè Nacoliam Phrygiae civitatem confluit: & prima quidem pugna inferior, paulo tamen post Procopium vivum capti, traditum sibi à Ducibus illius Agelone, & Domario; quo etiam novis supplicis subjecit, & illos quidem, spreis juramentis, ab ipsis juraverat, & ferris dissectis occidit: de tyranno vero haec poenas sumptis: Duas arbores loco inter se vicinas deflexit, & cuique alterum tyranni crux alligavit, & deinde arbores in suam quamque stationem redire, erigique permisit. Illa erecta Procopium disceperferunt, atque ita tyrannus in duas partes sectus interit. Socrat. 1. 4. bist. Eccl. cap. 5.

Aequum non est, ut Petrum Asurium equitem Castellanus fortitudine, ac generis antiquitate insignem virum silentio praeferam. Hic cum praefectus esset quibusdam Castellani regni praesidiis & arcibus, & in Utracae Reginae Castellae, Alphonsi Aragonum Regis ejus viri verba praesert, utriusque Castellae, munitionesque conservaturum, orto postea inter Regem, Reginaeque discordia, existimavit suum esse, arces, & loca munita Reginae, ad quam iure pertinebant, restituere. Et quia non poterat Alphonsus, cum simul juraverat, arces tradere, laqueo in collo injecto Regem adit, & procerum turba spectante supplex oravit, ut Sacramenti non tam sponte, quam necessitate quadam violati à se poenas repoceret. Chron. generale bist. an. p. 4.

Carolus IV. Imper. bellum gerebat contra Philippum Austriaicum. Cumque se copiis inferiorem conspiceretur, Duces E quosdam in suas partes, datis & additis amplis muneribus, trahit: qui domino suo suadent, ut praelio abstineat.

Dolus, an virtus, quis in hoste requiratur? Spondent illi, & ut erat postulatum, exequantur. Re ad effectum deducta, proditoris mercedem accepturi, advenit Imperatorem: qui adulterinum aurum, quod studiosè colligi mandaverat, eis tradit. At paulo post deprehensa fraude, queruli ad Carolum revertuntur, monetam falsitatis arguunt. Ille torvis oculis eos intuitus, abite, ait, furciferi in meritam malam crucem, alia proditoris praemia accepturi. Quam quæso aliam pecuniam vestra meretur perfidia? adulterino auro adulterina compensatur fides. Ex Crantzio in Saxoniae 1. 9. c. 37. Hier. Zeigler. de Vir. Illust. Germ. Beyerlinck in Apopbieg. Christian.

Themistius nullam malitiam magis alienam à conversatione hominum esse dicebat quam perfidiam: adversus quam nulla custodia dari potest. Nam quod unicum habemus confugio, nempe jusjurandum, hoc ipso maxime abutitur vir perfidus, quo commisit malum facinus iniuriando. Stob. serm. 12.

Ludovicus XII. Franc. Rex, cuidam referenti, Caesarem F Borgiam Valentinum à Gonsalvo Hispano, violato iurejurando, perfidè retentum, & ad Ferdinandum Hip. Regem missum esse, respondit. Ergo post hac pro Punica fide Hispanicum celebratur fumus, l. de Lud. XII. scite didici Alphonsi Aragoni Apoph. adjuncho.

Vide Locum de PERJURIO. *HIEROGLYPHICUM.

Scorpio hominem vafsum perfidum, cuique nulla fit habenda fides, denotat. Non igitur nisi resolta cauda, in qua illi venenum stillantes aculei sunt, ab ejusmodi quistutus erit. Similiter ne hosti quidem ulli, cui arma erecta, ut excussa non sint, fidendum, multò minus ad colloquia cum eo veniendum est, aut ad foedera etiam per omnia sacra jurare paratus sit. Rectissime igitur & Cicero Legatus Caesaris respicitur Nervius. Non esse confutendum Romani pop. ullam accipere ab hoste armato conditionem.

Et memorabilis est ille apud Livium 1. 33. inter Philippum Macedonem, & T. Quintinum congressus, ex quo patet nullam fidem esse cum hoste ad colloquium congressi.

Sic 2. Regum cap. 20. Amasa sub pacis, & amicitiae praetextu à Joab interimitur, non attendens cinctum cum gladio.

Philippus quidem Cominaeus saepius monet quantum sit periculi in congressibus magnorum principum, & quam dubia, periculosaque sint inter ipsos plerumque contracta foedera, atque habita colloquia. Et asserit cum alia, tum imprimis lib. 3. Ludovici Regis Galliae, Peroni in Caroli Burgundi potestate periculis: to. 1. 6. de Joanne Burgundiae Duce à Rege Carolo in mutua salutatione interempto: quæ exempla sunt illustra. Rectè igitur Demosthenes in Philippicis ait, urbis ad custodiam multa quidem inventa esse, valla, fossa, moenia, &c. quæ tamen omnia manibus conficiantur, & sumptus possulent ingentes. Ut unum commune munimentum à natura inesse animis hominum suspensum, idque cum ceteris salutare esse, tum maxime plebi contra tyrannos, nempe diffidentiam, quæ est prudentiae nervus firmissimus, Epicarmo teste. Cuiusque igitur hosti perfido, verbis, aut astragalus ludent, fidem observandam esse neganti, juranti, pejeranti, sub honesto pallio sclopetum, quo infames interficiant, gestanti, H occinat libertas publica.

Non nisi deserta credam tibi, Scorpio, cauda, Armiisque in poenas foedera nulla dabo.

* Periculum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Periculum, Graecè *νέδωτος*, & *νέδωτος* periclitor dicitur: unde periculum interdictum significat salutis discrimen: unde periclitor verbum deducitur. Quod modò significat periculum subeo, modò pro experitur, siquidem & periculum pro experimento ponitur: Terent. *Fac periculum in literis, fac in palestra*. Venit autem periculum à pereò, quod quidem ab intereo ita separant, ut perire levius sit, & quod non omnium rerum finem denotet. Plut. *Qui per virtutem perit, non interit*. Dicitur autem intereo, quasi in totum eo.

PERICULA VITANDA, Neque se temere illis exponendum.

Seneca Tragedus Herculem jam furentem in scenam ad- A ducit ita loquentem. Nemo se tuo die periculis offerre tam crebro potest, Quem sepe transiit casus, aliquando invenit. De Scipio Ovidius lib. 2. de Ponto eleg. 7. canit in hunc modum.

Sed me timor ipse malorum Sæpe super vaevos cogit habere metus. Da veniam, queso, nimioque ignosce timori. Tranquillas etiam naufragus horret aquas. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo, Omnibus unca cibus æra subesse putat. Sæpe caevum visum longè fugit agna, lupumque Credit, quæ ipsa suam nescia vitat opem. Membra reformidant mollem quoque faucia tactum, Vanaque sollicitis incitat umbra metum. Sic ego fortuna rebus confusus iniquis, Peilare concipio nil nisi triste meo.

Et iterum in lib. 1. Trist. Terretur minimo penna frigidore columba, Unguibus accipiter faucis in facta tuis, Non procul à stabulis audit decedere, si qua Excussit est avidis dentibus, agna lupi. Vitaret cælum Phœbus, si videret, quæ quos Optavit sustulit tangere nollet equos. Me quoque que senescator Jovis arma timeo, Me reor infesto, cum tonat, ore peti. Quicunque Aegolica de classe Capharea fugit, Semper ab Euboeis vela retorquet aquis, Et mea esymba semel vasa percussa procella, Illam, quo læsa est, horret adire locum.

Nimirum præceptum est, qui transire contendit, ubi conspexit alium cecidisse: vehementer insignis est, cui non incutitur timor alio perente. Amor autem est salutis suæ, qui et vitat aliena mortis incursum: & ipse est providus, qui sollicitus sit claudibus cærorum. Ang. 1. de singulari, clericorum.

Alcibiades accitus ab Atheniensibus è Sicilia, ut diceret C causam capitis, abdidit sese, dicens: Eum esse fatuum, qui vocatus in jus non querat elabi, cum liceat vitare, ne eat. Sentiens, consultus esse non committere se periculo, quam dare operam, ut ingressus periculum, temet expedias. Dicitum Græcis totum iucundum, ob vocum affinitatem, εὐρύς, & ἀπορρύς. Græcis autem ἀπορρύς dicitur, qui iudicium sententis absolvit: εὐρύς qui vitat, aut fugit. Plut. in vita Alcibiadis.

IIS SE EXPONERE NONNUNQUAM GLORIOSUM.

Vitare pericula, cauti est animi: at gloriosum aliquando res sese exponat. Sufceperat Alphonsus bellum pro Joanna Regina Neapolis, ut eam iuste ab aliorum iniuriis vindicaret: monent amici, ne se temere periculis exponat. Quibus ille: Non abhorreo pericula, cum sine illis nemo unquam gloriam consecutus sit.

Ex Panorm. cap. 2. de reb. ejusd. Bepserunt in Apophtegmat. Huc referri possunt ex Titulo Adversitatis, & Tolerantie quedam.

Periculi vitandi cognitio divinis, omnia, auguria, somnia, Pete ex loco de Divinatione, & divina cognitione. Tit. divina cognitio Periculi, facinorosi cujusvis &c.

Pericula contemere. Quere locum de Alacritate. Tit. Alacritas, studium in suscipienda exercitatione, atque ibi, Periculorum contemptus.

* Peristylum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Peristylum vox Græca, ἐπὶ τοῦ στήθους, à columnis undique dispositis dicitur: est que proprie locus columnis instar porticus clausus, aut undequaque septus. Sumitur autem pro loco ad quem in celebratoribus Emporiis cocunt certa diei hora Mercatores, & Negotiatores, de commerciis, cambis, aliisque ad negotiationem pertinentibus acturi, eumque Burfam vulgo appellare ab effectu, quod in eo tractentur illa, qua vulgam, sive burfam implent.

CELEBRIORA UBI.

In celebratoribus emporiis Peristylla publico are excitata reperiuntur, eminent autem inter alia Christiani orbis tum illud, quod Venerum Respublica extruxit, cum quod Londini

in Anglia non ita pridem regio splendore constitutum est. Habet suum etiam inelegans Hamburgum, & Hipalis. Sed E superat quod nuper Amsterodami ex Ordinum decreto sudrexit. Etiam Antuerpia reliquo splendori Peristyllum adiecit, quod cum cæteris Christiani orbis deceret: cuius encomium verius, qui sequuntur, continent.

Incius in media fuis est locus urbe Amerua. Qui sani mediis nobile nomen habet: Nec tam seposita est gens ulla, vel urbe remota, Quotidie hic que non bis vos semel vos volet. Nam notat undecimam cum gnomon temporis horam, Sextaque labentem cum trahit hora diem: Omnigenas densò videas hic currere gentes Agmine, quas clava Phæbus ab axe videt. Huc venit Anglorum genialis turba, locumque Hunc subit, hæc medium gens tenet una locum, Italus à dextris: & et conjunctus Iberus Ambiguo fringunt atria prima pede. Ambulat à læva quem gignit Gallia parte, Hac etiam Belgas cernere parte licet. Ante sed aspicietis antiquo Tuscone nato, Et quocumque dedis Rhenus, & Illyber, habes. Atergo Burgundus adest, forsque Batavus, Et quos Aethiis conspiciit usque plagis. Dissonus auditur rumor, locus ipse repletur Et variis linguis, vestibus & variis. O decus excimium, visus, & mirabile cunctis, Orbis in exiguo maximus orbe viget.

* Perjurium.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nomen Perjuri dupliciter accipitur. Primo, & proprie pro juramento, cui deest veritas, sive præfens, ut si falsum iuris confirmes, fide futura, ut si fidem datam, & juramento confirmatam sine iusta causa non serves.

Secundo generatim pro omni juramento, cui aliquid ex tribus comitibus deest, sive iniustitia, sive Judicium, sive veritas. Perjurium Hebr. Alab, ab eodem verbo Alacch dejeravit, obstrinxit se juramento ad aliquid cum imprecatione mali, perditioni se obstrinxit: dejerando imprecatus est sibi, vel alii, ut percat, & in nihilum redigatur, si felicit. Ideo cognitionem habet, cum Etil, nihilum, & fatal ululavit: rem enim annihilatam, & perditam sequitur ululatus. Alludit quoque ad Dei nomen, Elob, nam dejeratores, dira imprecationes, & perjuria cum horrenda nominis divini profanatione fiunt, ut plurimum. Hinc dicitur, dicitur, dicitur: perco, perdo.

MODI, ET GRADUS QUATUOR.

Inter perjuria primum tenent locum, quibus veritas deest, cum quis sciens, & volens confirmat falsum. Deinde cum quis fidem juramento promissam violat. Tertio quando jurat contra iustitiam: Denique cum absque iudicio.

GRAVITAS.

Tanta est perjuri enormitas & deformitas, ut viri graves illud homicidio majus asserere non dubitarint. De quo audiatur Augustinus.

Ille, qui hominem provocat ad iuramentum, & scit eum falsum juraturum esse, vincit homicidam: quia homicida corpus occidit, ille animam, immo duas animas, & ejus animam quem jurare provocavit, & suam. Scis verum esse quod dicit & falsum quod ille dicit, & jurare cõpellis, ecce jurat, ecce pernerat: tu quod invenit immo de tu peristi, qui de illius morte fatiari voluisti. In decoliat. Joan. Bapt. in bab. 22. q. 5. Ille qui. Certe perjurius afficit contumelia Deum ipsam, ut cui pejerantes sapientiam admunt, quasi non omnium esset cognitor, & inspector, & iniustitiam arguit, quasi sceleribus impiorum commivetet.

Plutarchus in vita Lysandri dicit, non esse Laconicum Deos eodem, quo hostes, modo tractare. Immo inquit, in Deos contumelia major est, qui enim jurando hostem fallit, hunc se meture, At Deum se contempere lateretur. Numeratur perjurius inter illa crimina, que merentur depositionem, ut habetur, cap. Cum non ab homine 10. de Judicis.

P O E N A.

Pene perjuri proprie dicitur apud omnes nationes sunt valde graves, ut docet Covarruvias in c. quoniam passum p. 1. s. 7. n. 2. Apud Scythas, & Aegyptios pledebantur pena capitis. Apud Indos manuum, pedumque extremorum abscissione.

In multis locis puniuntur perfidie manus; aut tebratio- A ne lingue, proci nuper Gandavi scissione.

Jure civili sunt infames, si perjurium erat in nocentum mentis alterius; non autem si nemini nocent, ut docet Glossa in L. Si quis major 41. C. de transaktionibus.

Jure canonico etiam sunt infames i. cap. infames 16. & c. 17. Quicunque 6. q. 1. addit intellige, si res est notoria. Hac tamem infamia non adducit proprie irregularitatem, nisi irrogata sit per sententiam Judicis, ut si quis de perjuro sit condemnatus, nunc enim irregularis est, & eget dispensatione, obliatione, & loci mutatione, ut Covarruvias, & alii docent.

Præterea in foro externo imponitur illis gravis pœnitentia; nam d. c. Quicunque, dicitur: Quicunque sciens perjuraverit, quadraginta dies in pane, & aqua, & septem annos pœnitentia locutus; & nunquam sit sine pœnitentia; & nunquam in testimonium recipiatur, communionem tamen post hoc recipiat.

GNOMÆ, ET EXEMPLA.

Ac primum Ethicorum.

B Faciunt pro hac re veteres gnomæ, quas ex variis Scripto- ribus eruimus.

Di sunt perjuriorem vindices. Justin. hist. l. 14. Comissa perjurio fraudes in nepotes redundat. Pausan. l. 2. Perjurium ad Dei contemptum refertur. Niceph. Greg. Difficile est, perjurum hominem Deum latere. Polyb. l. 4. Qui jurando fallit hostem, hunc se meture, Deum verò contemere fateatur. Plut. in Lysandro.

Haud aliter Hesiod. in Theogon. Ομοῖοι δ' ἐστὶν πᾶσι τοῖσι θεοῖσι καὶ ἀνθρώποις ἀνδραπία, Πηλαία, δ' ἐστὶν κίβητις ἐκείνη ἑπιτοκῶν ὁμοίαν. Et susjurandum, quod quidem plurimum terrestre homines Lædit, si quis ipsorum sponte pejeraverit.

Glaucus Delphos se contulit ad oraculum petendum: utrum jurando pecuniam depræderetur ibi Pythia respondit his veribus.

Πᾶσι τοῖσι ἀνθρώποις. το μὲν ἀνάνια κέρδιον, ἔστω ὅσοι κέρδιον, καὶ χερμικῶν ἀνίσταται. Ομοῖοι ἐστὶν ἀνθρώποις καὶ θεοῖσι κέρδιον μέτρον ἀνδρα. Ἄλλ' ἴσως πᾶσι ἐστὶν ἀνάνια ἄδ' ἑπὶ τῆς γῆς, ὅσοι κέρδιον, καὶ πᾶσι, κερμικῶν δ' ἑπιτοκῶν ὁμοίαν ὁμοίαν. Ἄλλ' ἴσως πᾶσι ἐστὶν ἀνάνια ἄδ' ἑπὶ τῆς γῆς, ὅσοι κέρδιον, καὶ πᾶσι, κερμικῶν δ' ἑπιτοκῶν ὁμοίαν ὁμοίαν.

Glauce Epicurides equidem expediat ad breve tempus. Furando superasse, intervertisseque nummos. Dejera, & Evorcum, quoniam manet exitus idem.

Asi Horei natus sine nomine, qui manibus, qui Nullis est pedibus, rapide advenit usque adeo, dum Corripient omnem perdat prolemque, domumque Cum sobole Evorci, melius sed postea agetur.

His auditis Glaucus veniam sibi corum, quæ dixisset, ut daret, Deum obsecrabat. Cui Pythia inquit, idem polere, tentare Deum, & facere. Glaucus deinde, accitis Mileis hospitiibus, pecunias reddidit, sed ejus soboles, & familia ex sparta radicibus extrite sunt. Bonum est ergo nihil aliud de deposito cogitare, quam ut repentibus reddatur.

Philius historicus naturalis lib. 31. cap. 2. scribit esse Amnem Olachiam in Bithynia, qui Briazum alluit, hoc est & templo, & Deo nomen; cujus gurgite perjuri notantur pati velut D flammam urentem.

Philostatus in vita Appollonii Tyanæi etiam agens de eo loco. Est ait, juxta Tyanam vocant, quam ajunt Jovi sacratam, quam indignè inextinguibilem vocant; Fons ejus frigidus fanè scæter, ebullit non secus atque igne calefactus lebes, hunc pueris, & iurjurandi fidem servantibus viris, a spectu placidum, gustuque dulcem perhibent; perjuri verò, & infidis palam adversatur, epota namque aqua oculos, pedesque, ac manus pejerantis invadit, aqua intercutit, ac tabe totum corpus inquinans, nec illinc discedendi datur facultas, sed eo loco permanentes, coram aqua ipsa suam deplorant calamitatem palam, quod pejeraverint profites.

Eodem modo ara Palicorum ob pœnam, que dejerantibus ibi præsto erat, in cultu summo antiquitus fuit, de qua Virgil. l. 9. Aeneid.

— ubi implacabilis ara Palici. Ad interpretationem autem hujus carminis Macrob. lib. 5. Saturni, totam hanc historiam enarrat.

Idem ferè tradit ex Aristotele Leonicius. L. B. Theat. vit. Hamau. Tom. VI.

Pausanias etiam in Corinthiacis de quodam subteraneo loco, ubi Portunum latere creditum fuit, & mira scribitur, E quomodo perjuri puniti sint.

Huc respexit Hânno Carthaginiensis apud Livium l. 21. ab Urbe condita, ubi in Senatu ita dicit: Saguntum nostri circumfident evercitus, unde arcentur federe, mori Carthaginiem circumfidentur, unde arcentur legiones, quibus nihilum Diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti: itaque paulo post unus ex Senatoribus Romanis Carthaginienses Legatos, supplices pacem petentes, perconclatur, per quos Deos fœdus istum essent, cum Deos, per quos ante istum esset, fœdissent? Cui Adrubal Princeps Legatum prudenter respondit, percosdem, qui tam infesti sunt fœdera violantibus.

Hinc videmus, quam religiose veteres jurandum habuerint. Nullum enim vinculum ad altringendam fidem jurejurando arctius esse voluerunt, ut ait Cicero in officiis: quo nullo modo sit ludendum.

Ob eam causam gentiles Fidium Jove natum finxerunt, sicut ex eleganti Tetralicho, quod Trajacentes inferiores in honorem Philippi Regis Hispaniarum, cum ad patrem Carolum V. Cæsarem in Germaniam proficisceretur, Triumphali portæ inscripserunt, apparet, idque in Itinerario à Christo valle diligentissime Hispanica lingua conscripto, ita legitur.

Sum Jove patre satus Fidius mortalia fido. Confringo nexu, me sine cuncta labant. Me sine nullus amor, juramentumque valebit, Jungo animos animis, pectora pectoribus.

Ob hanc causam minorem reprehensionem ob illusiones iurjurandi incurrit Solimanus Imperator Turcicus, utpote Mahometanus (quorum fides alienoqui fluxa esse solet, eaque apud illos ex utilitate supervenient, vel servatur, vel frangitur, ita ut potius utile, quam honestum obferent) qui Hebraymum Vefir, quo nemo eorum unquam antea, qui maximorum Regum gratia potentes evaserint, ad exemplum illudis fortunæ, Telle Jovis in sine lib. 33. ante obitum fortunatior, atque felicitior fuit, in cubiculo per Eunuchum, carnificis munus obire solitum, in pulvino dormientem, cultro adunco, quod de manu Imperator tradiderat, contra fidem datam necari iussit. Ferunt enim, inquit Jovius, Hebraymum, cum summa Solimani gratia potiretur, familiari sermone aliquando postulasse, ne se tantis honoribus onerare contenderet, ne demum amplitudine odiosa, supra equum florentem, è gradu tanquam è fastigio summa fortuna præcipitem dare, atque occidere necesse haberet; fidem verò in ea verba ita Principem dedisse, ut nunquam eo vivo vitam crepturum polliceretur, sicut ea inanis juramenti religione obstriditum, ne datam falleret fidem, non aliter, quam alit stertenti, necem intulisset: quoniam Talifmanes Sacerdos, divini interpretis juris, dormientem nequaquam censerit inter vivos, cum una vigilia totius vitæ actus constaret, asseverasset. Hac Jovius. Argutum sanè commentum ad frangendam fidem, ex naturalibus rebus ad scelera excogitatum. Constat enim, somnum esse vivendi, & non vivendi interliminium: ut neque omnino fit qui dormit, neque omnino non sit. Vivitur enim postissimum vigilia propter sensum.

Simile aliquod Mithridates in epistola quadam ad Regem Parthorum Arsacem conquestus est de Romanis, quæ olim extrabat lib. 4. historiarum Salustii, nunc inter ejus fragmenta; epistola verba hæc superflunt: Perfen dein- H de Philippi filium, post multa, & varia certamina, sed Samothracas Deos, acceptum in fidem callidi, & reperi- tores perfidiam, quia pacto vitam dederant, in fornix occidere.

De hujus tamen Perfe Macedonum Regis ultimo obitu aliter Livius, & Plutarchus.

Denique fixum hoc maneat, perfidiam esse scelus, adeo ipsi Deo, & hominibus detestabile, ut fedifragos, & perfidos Deos nunquam impunitos relinquant. Neque semper eorum supplicia post mortem differit, sed sæpè æterterns etiam in hac vita, eos severo, ac iniustato modo ulciscitur, hora momento, conjuges, & liberos eorum, universamque sobolem à stirpe subvertens.

Quemadmodum apud Homerum Agamemnon Trojanorum fraudes, ac perjuria divinitus ultum iri pronun- ciat:

Esti perjuro violato fœdere Treas Jupiter è calis præfemis baud puniat ira,

S A T

At quandoque grato magno cum favore penas
 A *Hicum conjugibus, & tota stirpe dependet.*
 * DIVINÆ ULTIONIS EXEMPLA.
 Idipsum, quoque evidentibus Christianorum exemplis adferamus.
 In urbe Turonica est Ecclesia sanctæ Mariæ Virginis, ac Joannis Baptistæ nomine consecrata, in qua perjuri ultio divina apparuit: Quod enim cum ad perjurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans sursum extulit, ut sacramentum mendax proferrer, statim resupinus ruens ita caput in pavimentum collisit, ut vis, vel vivens erigi potuisset. Ad se autem reversus, dolens perjurii, quod occultabat, publicè patefacit. Videmus & nos quosdam de Turonicis in loco eodem perjurasse, qui ita divino judicio condemnati sunt, ut in ipsius anni curriculo finirentur à saculo. *Greg. Turon. lib. 1. mirae. cap. 20.*

Huic non ab simile narrat idem *Greg. 1. 8. hist. Franc. c. 16.* de quodam, qui plerumque in furis, diversisque scelerebus commixtus, peccare consueverat, & cum aliquando à quibusdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad basilicam B. Martini, & sacramentis me exuens, innocens reddat. Quo ingrediente, elapsa securi de manu ejus, ad hostium ruit, gravi cordis dolore percussus, confensusque est miser verbis propriis, quæ veniat excusare perjurii.

Alius simili modo (ut idem scribit) cum de incendiis domus vicini sui argueretur, ait: Vadam ad templum S. Martini, & fide data insons rediturus ero ab hoc crimine, manifestum erat enim hunc domum illam incendio concremasse: abiens autem ad sacramenta danda, conversus ad eum, dixit ei: Quantum viciniorum tuorum dicitur dicit assertio, non eris innocens ab hoc scelere, sed tamen Deus ubique est, & virtus ejus ipsa est fornicis. Tamen si ita te vana fiducia cepit, quod Deus, vel Sancti ejus in perjuriis non ulciscantur, ecce templum sanctum contra, jura ut libet: nam calcare limen sacrum non permitteris. At ille elevatis manibus, ait: Per omnipotentem Deum, & virtutem B. Martini antistitis ejus, quia hoc incendium non admisit, datus itaque sacramentis, dum recederet, visum est ei quasi ab igne circumdari. Et statim ruens in terram clamare cepit, se à beato Antistite vehementer exuri ajebat enim miser. Testor Deum, quia ego vidi ignem de celo cadere, qui me circumdans validis vaporibus consistat. Et dum hæc diceret, spiritum exhalavit. Multis hæc causa documentum fuit, ne in hoc loco ulterius auderent peccare.

Post felicem obitum S. Audomari Episcopi Morienfis, casu quodam duo inter se convenere, alter simplici, & aperto, alter vasto, & versuto ingenio. Rogabat fraudulentus simplicem, ut argenti solidum mutuo sibi det: jurejurando affirmat se bona fide redditurum. Homo simplex, pietate ductus facit, quod ille petit, cum spondisset ad certum diem se persoluturum: jam dies aderat, commonefacit hominem, ut reddat debitum. Ille tanquam præter jus suaque reddere justus, quod non deberet, stomachatur, bonum virum torvis oculis intuetur, & multa comminiscens, ait se nescire, quid velit: sed ne teruncium quidem ab illo unquam recepit. Respondet alter: Eamus ergo ad venerandum Audomari patris sepulchrum, & si per eum nostræ regionis procuratorem non dubitaveris jurare verum esse, quod nequiter fingis, immunis eris à solidi persolutione. Eunt pariter ad sacrum Audomari corpus, & cum non longè abessent, dicit creditor debitori: Cur D ipsum quiescentis patris turbabimus loculum? Deus justus iudex ubique est, & solus implet omnia, nec virtus beati Audomari intra sepulchrum inclusa est. Hoc ergo in loco, quo nunc sumus, illius sancti patris nomen testificare, & mihi erit factissimum. Ille miser semper astantis avaritiæ exatus libidine, verso ad sacrum templum vultu, & ad cælum sublatis manibus, dum vult commotis labris perjurio se obstringere, confectus corruit, & ad extrema perducitur. Oculi crepantes suis moventur locis, nervi membrorum omnium dissolvuntur, spiritus per immensos extortus cruciatus tertio die excedit à corpore. *In vita ejus apud S. cap. 26. Septemb. o. ex Felcharado Bertinens. & Breviario ejusdem loci, & Vincent. in Spec. 1. 23. cap. 109.*

Causa quadam extiterat, ut Fedamius Eunomi, quondam Arverni presbyteri filius, Canillonensem urbem adiret, idemque apud Basilicam sancti Martyris Marcelli hospitem habebat, ab Abdare loci victus stipendia capiens: ipse enim, quæ loquor exposuit: Inter duos, inquit, viros orta fuit contentio: hique litigantibus, in hoc his ipsa subit, ut eam sacramento dirimeret: Ingressique basilicam S. Martyris, elevatis homo

manibus ad perjurandum, eum nomen sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur ad beati athleta gloriam: ipse enim elevatis manibus quasi æneus totus irriguit. Tunc oratio facta pro ea absolvi Diaboli arte vincitum obtinuit: ipse quoque post absolutionem sermone proprio opus suum confessus est: quæ negligenter egerat, emendavit. *Gregor. Turon. l. de Gloria, mart. cap. 53.*

Tempore, quo corpus S. Salvii apud Valencianam revelatum est Carolo Magno, duæ sorores cujusdam Ducis Francorum, ad Regem venerunt conquærentes de fratre suo, quod hæreditatem suam eis auferret. Conventus super hoc à Rege respondit se nihil eis auferre. Rex enim jurare super corpus sancti Salvii, quod nihil foribus suis deberet ex his, quæ petebant. Qui eum jurasset latus, statim medius crepuit, & per fecerit alvi sterora proruperunt, & exivit sanguis ex oculis ejus, & auribus, & ore, & naribus, & post duas horas vitam finivit. *Vivent. Spec. bifortial. 1. 24. cap. 24.*

Recentius est, sed horrendius, quod subnefam. Anno F Dom. 1599, die 29, mensis Novembris, quincidie eo anno in diem lunæ, quidam nomine Antonius de Haec vulgò Crucc, redemptor veltigalium publicorum in jurisdictione, & districtu oppidi (ut vocant) Gerardimontium, in Flandia Imperiali, eo venit, diversifque est in hospitio, cum insigne Navis aureæ, in platea, qua iur ad Abbatiam, ut cum aliis sociis suis, redemptoribus item veltigalium, ait si mavis, publicanis rationes subduerit. Quod cum facerent, exorta est quaestio inter eos de quadam pecuniæ summa, quam socii ipsius affirmabant fuisse Antonio rite persolutam à probis quibusdam, & fide dignis viris: quod idem Antonius etiam adhibito juramento negans, optabat se ab illo igne, qui tum in cubili ardebat, absumi posse, si quidquam unquam receperat. Socii nihilominus nihil de jure suo remittentes, contrarium asserbant, sibi persuadentes, Antonium splendide mentiri, ducti opinione, quam habebant de bona fide, & integritate eorum, qui se talem summam Antonio persolvere dicebant, qui (ut jam dictum est) non modo ab ipsis, sed & ab omnibus aliis, probi, fideique digni habebantur. Quibus tamen non commotis Antonius perstitit in negatione, & juramento, quo se flammis, & diabolo devovebat, si quem unquam sociorum in tali negotio defraudasset. Quod cum viderent socii, jurandum tamen detulere, quod quidem Antonius, postposito omni timore Domini, suscepit etiam ex tempore præstandum. Socii enim quidam perfidum hominis ingenium admirari coeperat, & obfirmatum in malo animum execrari: tamen ut tota rei veritas pateficeret, vocati iusserunt duos Scabinos, in quorum manibus, & confecti, nulla habita ratione salutis animæ, & tremendi Dei iudicii, idem Antonius pejeravit. Cum autem advesperaret, solutus est cæcus, omnesque dimissi, quisque quo visum est se recepit, parati eodem die rationes conficere, remansitque Antonius in eodem hospitio, ut ibi proxima nocte recumberet. Quapropter lectum sibi sterni iussit, & fascem in camino accendi, ipse se calefaciens ante ignem scabello insidebat averfus; atque ita reliquit eum hospes, nullum in incendiis periculum videns, consumpto jam penè fascie, priusquam è cubiculo exiret: instabat tunc undecima noctis hora. Nocturnus vigil illac iter faciens ex fenestris insolitum lumen, & splendorem in cubiculo Antonii ad veritatem, ignorans quid hoc sibi vellet. Et quia nullum in stabat incendiis periculum, processit ulterius, nolens hospiti negotium facessere, totamque viciniam intempesivo noctis tempore excitare, existimans peregrinos homines esse religionis ergo Adrianopolim appulsi, qui se ibi calefacerent. Mox tamen audita undecima redit ad hospitium de industria, exploraturus, num à splendore illo nimio aliquod immineret incendiis periculum, cumque desisset videret, securus recessit. Hac ipsa noctis hora foror Antonii, quæ in pago Rouartio quarta miliaris parte Gerardimontibus distans habitabat, operabatur adhuc, & linum suum colo ad nendum apabat, & ecce subito flamma ignis proruit in cremathram, id est, instrumentum illud ferreum, cavatumque, & quo suspenduntur ollæ, lebetes, & similia, quæ ad culinæ usum spectant, indeque in linum, & stuppam se injectit. Quo eventu omnino attonita, tentavit magna aquæ copia ignem extinguere; cum opprimendo, & extinguendo vix ipsa fatis erat. Nocte item hujus infelicitis meritis, Pastor defuncti Antonii ex hostilibi cujusdam canis cæcus ostium sui cubuli laterati de ejulatione multum fuit perterritus, ut quasi capitis in altum videretur.

rentur insurgere. Postera die illucente aurora, tristis valde, & dolens maritum suum ad Antonium misit Gerardimontes, sive Adrianopolim; quo veniens, ipsumque Antonium adhuc decubentem, ut putabat, reperiens, hora integra expectavit, donec surgeret. Sed cum hora efflueret, neque tamen Antonium è cubiculo exeuntem videret, cepit fores cubiculi pulsare, & inclamare, ut Antonium à somno excitaret, se esse levitrum ipsa dicens; & habere, quod ipsi renunciaret: Cumque nullum profusus haberet responsum, fores cubili ab hospite referari iussit: Quibus referatis Antonium ipsum etiam cum vestibus exiitum invenit, præter tibialia, fasciæque cruales, quæ omnino illæsa, & intacta remanserunt, cum inferiori tibiarum parte, quæ fasciis astringebatur, sedes etiam ipsa, cui præcedenti nocte macula stanica superposita fuerat, combustis; matula verò liquefacta erat: scabellum autem, cui insidentem reliquerat hospes Antonium, penè igne absumptum. Rumor famaque tam horrendi casus totam citò complevit urbem. Vidistes hinc inde popularium accurrentes turmas, totumque hospitium inconditis clamoribus, strepituque replentes præ desiderio visendi adeo furentum, & triphique spectaculum. Aurum, argentumque, quod penes se habebat perjurus, ex parte intactum, illis sumque remansit: univærsi pecunia in manus magistratus deposita. Cranium ipsum capitis combustum, cranio alterius cujusvis simile inventum est, præterquam quod tactum mox resolutum est in cineres, qui cum reliquis concernati corporis cineribus in cœmeterio D. Adriani, in loco abjectiori iussu Curionis conditi fuere, antegressa tamen inquisitione vite, morumque dicti Antonii. Hujus rei fama cum ad aures Principum Belgii Alberti, & Elizabethæ Archiducum Austriz Bruxellas venisset, miserunt Gerardimontes, sive ad S. Adrianum, ut vulgus loquitur, qui totum rei eventum perfererantur, atque ita rem se habere cognoverunt, ut ante narravimus. Historia vero mirabilis, de cujus successu evidenter patet, perjurium Deo maxime odiosum, & inivsum esse, ut & eos, qui his ipsis malè precantur, sive in corpore, sive in anima: error adeque nostra temperate fas vulgaris. Placeat divine bonitati, ita mediante sua gratia, eorum qui hæc legent audientesve historiam, indurata corda emollire, ut in posterum ab hujusmodi mendaciis, perjurisque crimine, à illicite mediis omnibus, imprecationibusque sibi caveant. *Ex ipse autographo gallicè excusa. Aretati am. 1601. cum approb. D. Guilielmi Gazzi Pastoris S. Medul. & Can. Arentis.*

Quidam eloquium emeruit hoc modo, hie etenim, ut cruda operatur rutilicis populorum, juramentum mendax in Ecclesia protulit: mox rigente lingua murus effusus est, ita ut non vicis humanæ, sed bidentis mugitum simulare videretur. Adveniens autem ad S. Drememonii Episcopi tumulum proferitur ad orationem, sensitque, ut postea asserbat, tantquam si aliquis gatur ejus tangeret, quod ut credo virtus erat Domini confessoris. Egredis, presbyterum, qui aderat, nutu deprecatur, ut signum Crucis faucibus clausis imponeret. Quod cum presbyter fecisset, iterum prostermitur ad orationem: protinusque elevatis vocis officio reddito, omnia, quæ pertulerat, proprio tactus eloquio. *Greg. Turon. l. de glor. Confess. c. 29.*

Quere supra Perjuri Jurejurando.
 PERJURII HOSTES ROMANI.
 Ubi, & de peculiaris jurandi apud eosdem ritu.
 Romani ad servandam fidem in juramentis præstandis quodam peculiaris ritus observabant, ad reverentiam Divini D Numinis, quod maxime timebant, atque reverebantur, ne perjuriam committerent. Idque apparere ex Senatusconsulto, quod refert Livius lib. 30. Fœciales enim cum in Africam ad scælum cum Carthagenisibus ferendum ire juberentur, postulantibus ipsis, Senatusconsultum, in hæc verba factum est: Ut prius lapides, privaque verbas secum ferret, uti Prætor Romanus his imperaret, ut fœdus feriret, illi Prætorum signa poscerent. Herba id genus, ex arce sumptum, dari fœcialibus solet. Hæc jurisjurandi solemnitas tali modo adhibebatur apud Romanos: lapidem silicem tenebat jurans, sic dicens: Si sciens fallo, me Diespiter, salva urbe, arceque, bonis ciciat, ut ego hunc lapidem secundum vetustissimum ritum, Martis, Quirinique numinibus additis, iusjurandum præstiterunt.

Ritus vero lapidis fuit hujusmodi. Fœcialis sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere inter partes convenerat, hæc verba dixit: Si rectè, ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iusjurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præstent. Sin aliter, aut ago, aut cogito, cæteris omnibus falsis in propriis L. B. Tæat. vit. Hu man. Tom. VI.

permissio. Permittere. patriis, in propriis legibus, in propriis latibus, in propriis templis, in propriis sepulchris, solus ego percam, ut hic lapis è manibus meis decidat. Nec plura locutus, manu lapidem deiecit. Unde formula loquendi orta est, per lapidem jurato. Idque intelligi potest ex Plato in Aulularia. Cum enim Strophilus Lyconidi adolescenti iusjurandum ad hunc modum detulisset: Jura per Jovem, & inter cætera respondisset Lyconides. Sed me cito expedi, sic subiecit Strophilus, Hæc silicem tibi. Tunc accepto silice jurans, hac formula usus est Lycon: Si te ego sciens fallo, ita me ciciat Diespiter bonis, salva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem.

Permissio. Permittere. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.
 Permissio apud Grammaticos vastas habet significaciones, communior est, quæ accipitur pro concessione, toleratione, comiventia. Dum enim, quid fieri permittitur, quasi ut fiat, toleratur. Sic Deus melius judicavit mala permittere, & ex his bona producere, quàm mala nullas esse quò modo malorum causa, ut quæ illo duntaxat permittere, non verò ad ea tanquam causa aliquatenus concurrente eveniant, uti latius dictum est in loco de peccato. Venit autem à verbo Permitto, quod idè Græci dicunt, esseque idem, quod concedo, sino, tolero.

PERMITTERE. QUID.
 Arcanam criminationem.
 Alexander Magnus allatam à matre Olympiade epistolam, qua arcana crimina, & delationes contra Antipatrum continebantur, unà legenti, ut solebat, non prohibuit Hephæstionis cæterum ea lecta, detraxit sibi annulum, atque ori illius signum impressit. *Plut. in Appob. & orat. 1. de Alex. fort.*
 Nuptias.
 Callias Atheniensis vir clariss. & summus Pifistrati hostis filibus tribus, posteaquam nubile exitere, hoc magnificentissimum munus est gratificatus, ut quem sibi unquamque vellet ex omnibus Atheniensibus sponsum deligeret. *Herod. 1. 6. Insequim.*

Quidam ex Perfarum consiliariis, cum Cambyfes rex ab eo quævisisset, an foretorem legitime posset sibi matrimonio jungere? nulla lex, inquit, rex hoc permittit unquam: sed alia major lex est, licere regi facere, quicquid libeat. *Sabell. lib. 9. cap. 11.*
 Adulterium.
 Stratonica Dejotari Galatarum regis uxor, cum ad versante valetudine se concipere non posse videret, virò persuasit, ut cum alia coire: ad eumque deduxit Electram cubiculem suam ministram, moribus, atque forma insignem: ex qua Dejotarus aliquot filios procreavit, quos Stratonica, post viri mortem, non secus, ac suos aluit, atque in regno succedere permittit. *Fulgosus 1. 6. cap. 7.*
 Regis eligendi arbitrium.
 Martinus Rex Aragonum XV. moriens, sine liberis, Aragoniæ regnum subditorum iudicio relinquit, ut scilicet propinquoire, ac meliorem virum, & cui justius regnum deberi videretur, ac tutius committi posset, eligerent. Illi ergo Ferdinandum Joannis Castellæ regis F. ex Leonora Martini forore multis aliis spretis competitoribus elegerunt. *Marinens lib. 11. verum Hist.*

Cadem hostis.
 Apud Rom. stipendia non facientibus, licet aliàs versarentur in calltris, hostem ferendū, vel vulnerandi jus non erat. Proinde Cato major in epistola quadam scribens ad filium, ei præcepit, si exauctoratus esset completis stipendii, ut reverteretur domum: aut si remaneret, copiam à duce vulnerandi, & occidendi hostis peteret. *Plut. in quæst. Rom.*
 Mortem. Mortis optio data.
 Eurydice Olympias post mortem Alexandri Magni in potestatem redactæ gladium misit, laqueum, & cicutam, utro vellet uteretur. *Plut.*

QUIBUS.
 Improbi.
 Chii quidam Spartæ peregrinantes à cœna pervomuerunt, & percaçarunt fellas Ephrororum. Quod ubi compertum est factum à Chiis, per præconem edici iussere Spartani, Chis licere intemperanter agere. *Plut.*